

Explanatio sancti Thome

non fuit voluntas eius ut nunc. Et ratio huius est: quia forte nondum erant bene correcti. Vel quia ipse erat alijs arduis occupatus. Tertio permittit eum aliquando ad eos iturum. Unde dicit. Veniet autem cum ei vacum id est oportunitate fuerit scilicet quando vos eritis correcti. Consequenter postquam instruit eos quid debeant facere absentibus: hic instruit eos qualiter se habeant ad presentes. Circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter se habeant quantum ad omnes in communi. Secundo quantum ad quosdam in speciali ibi. Obsecro autem vos fratres. Instruit autem eos apostolus in communi de tribus. scilicet de fide de bona operatione et de modo bene operandi. Sed in istis tribus permittit unum quod est omnibus necessarium. scilicet sollicitudo. Unde dicit. Vigilate et orate. De fide ergo instruit cum dicit. Stare scilicet in fide. Eph. 6. Stare succincti etc. De bona operatione cum dicit. Similiter. scilicet fornicare quod fides sine operibus mortua est. Jac. 2. Sed quia bona operatio non est attribuenda nobis sed deo: ideo subdit. Et confortamini in domino. Similiter agite et confortet eorum vestrum etc. De modo agendi cum dicit. Omnia vestra in charitate fiant: id est omnia debent referri ad finem charitatis scilicet ut fiant propter deum et proximum. Col. 3. Super omnia charitatem etc. Consequenter cum dicit. Obsecro autem. etc. instruit eos quomodo se habeant ad quosdam in speciali et primo quantum ad illos qui videntur habere aliquam prerogativam in spiritualibus. Secundo quantum ad illos qui in corporalibus operibus ibi. Gaudeo autem etc. Dicit ergo. Obsecro autem vos fratres. Hostis id est approbati domum stephane et fortunati et achaii. Approbati in quantum propter duo: quia sunt primitie. scilicet primo conversi quia ab ipso apostolo in primis baptizati supra primo. Baptizati autem etc. Et quia magis devoti et prompti ad ministeria sanctorum. Unde dicit. Et in ministerio sanctorum ordinasse ipsos. Ro. 12. Necessitatis sanctorum etc. et ideo obsecro ut et vos subditi etc. Heb. 12. Obedite prepositis etc. Et omni cooperanti. philip. 4. Adiuva eos qui mecum laboraverunt. Sap. 3. Honor laborum gloriosus etc. Gaudeo etc. Hic instruit eos quantum ad illos qui preeminent in ministeriis et potest vultu exponit. Anno modo ut dicat. Gaudeo autem in presentia stephane et fortunati et achaii qui sunt presentes vobis quorum presentia est vobis proficua. Quia ipsi id quod vobis deerat suppleverunt docendo vos. Et in hoc quidem referunt spiritum meum in quantum gaudeo de bono vestro: et spiritum vestrum in quantum instructi estis. philip. 4. Gaudeo super vos valde quia inveni etc. Et ideo quia sic se habuerunt: ergo cognoscite id est honorate eos etc. Alio modo ut dicat. Gaudeo in presentia stephane fortunati et achaii: quia scilicet personaliter mecum sunt et servierunt mihi in quo suppleverunt quod deerat vobis. id est quod vos non poteratis mihi corporaliter exhibere. In quo quidem referunt spiritum meum in quantum mihi servierunt et pauperunt me et vestrum in quantum de bono meo gauderis: et ideo cognoscite etc. Salutat vos etc. Hic apostolus insinuat quod alij faciunt corinthiis. Et circa hoc duo facit. Primo insinuat quomodo salventur ab alijs. Secundo subdit suam salutationem ibi. Salutatio mea etc. Circa primum tria facit. Primo insinuat quomodo salutat eos tota ecclesia a se in communi. Unde dicit. Salutant vos omnes ecclesie christi. Secundo quomodo salutat eos specialiter hospites pauli. unde dicit. Salutant vos in domino multum aquila etc. Isti erant hospites apostoli et de his habet Roma. 16. et Act. 18. Tertio quomodo salutat eos apostolus et familiares sui. Unde dicit. Salutant vos omnes fratres qui scilicet mecum sunt. philip. vlt. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Ex quo ergo omnes salutant vos et vos etiam salutate inuicem in oculo sancto non libidine nolo quo mulier apprehensum deosculari inuenit. prover. 7. Non fraudulentum quo iudas osculari est christum: Mar. 29 et Mar. 14. Salutatio etc. hic suam salutationem subdit

et circa hoc duo facit. Primo ponit titulum salutationis beatorum ecclesiarum. Salutatio mea. id est scripta est manu mea pauli. Et hoc faciebat in epistolis suis propter quosdam qui sub specie apostoli scribebant falsas litteras. Unde ut non deciperent. postquam scripta erat epistola per aliquem in sequebatur scribebat apostolus manu sua. Secundo ponit ipsam salutationem in qua primo maledicit malis dicens. Si quis non amat. etc. anathema sit. id est separatus vel excommunicatus. maranatha. id est dominus veniet. Quasi dicit. Qui non amat dominum nostrum iesum christum sit anathema in adventu domini. Sed nunquam fuerit excommunicatus omnes qui non sunt in charitate. Unde dicit dominus quod hoc intelligit si quis non amat dominum iesum christum. id est si non sunt heretici et sunt excommunicati. Et si quis vult ad finem mori non perseverat in amore domini iesu christi in adventu erit separatus a bonis. Secundo benedicit bonis bene operantibus eis. scilicet gratia christi cui dicit. Gratia domini nostri iesu christi. Et hoc operantibus operat eis omne bonum quia in gratia domini nostri iesu christi continentur omne bonum. Operat etiam etiam charitatem suam dicens. Charitas mea etc. in vos inuicem et deum diligatis ea charitate qua ego vos diligo et non propter aliquod aliud nisi in christo iesu. id est propter amorem christi. Amen. id est fiat.

Incipit postilla doctoris angelici sancti Thome ordinis fratrum predicatorum super secunda epistola ad corinthios

Ministri dei non

dicunt vobis. Et. 16. In his verbis congrue tangitur materia huius secundae epistole ad corinthios. Nam in prima epistola agit apostolus de istis sacramentis: sed in hac secunda agit de ministris et foris sacramentorum tam bonis quam malis. Ratio autem hanc epistolam scribendi fuit quod corinthij post predicationem eius admitterent pseudo apostolos quos apostolo preserebant. Propter hoc scribit eis hanc epistolam in qua commendat apostolus et ostendit verorum apostolorum dignitatem: ostendit etiam et vituperat falsorum apostolorum falsitatem commendat autem verorum apostolorum dignitatem et hoc quod sunt ministri dei. Ministri inquit dei dicit vobis scilicet apostolis: qui quidem dicuntur ministri quantum ad tria. Primo quantum ad dispensationem sacramentorum. vlt. Cor. 4. Sic nos existimet homo ut ministri et eorum successores ea dispensant: et ideo subditur in predicta auctoritate et dispensatores ministeriorum dei. Secundo quantum ad gubernationem scilicet in quantum gubernant populum dei. Sap. 6. Cum essetis ministri non recte iudicatis. etc. Deus enim gubernat omnia per prudentiam. Unde quicumque aliquid gubernat dicitur minister dei. Tertio quantum ad humane salutis operationem in quantum scilicet eorum ministerio et predicatione homines ad salutem conversi sunt: cuius salutis solus deus est auctor quia ipse est qui venit saluum facere quod perierat apostoli vero ministri. prime Cor. 3. Quid ergo et apollo quid paulus? ministri eius cui credidistis. etc.

Capitulum primum.

Aulus apostolus iesu christi per voluntatem dei et thimotheus frater ecclesie dei que est corinthi cum omnibus sanctis qui sunt in universa achaiia gratia vobis et patre a deo patre nostro et domino iesu christo. De istis ergo ministris tractat hic apostolus omnibus in hac epistola

in epistolā II ad Corinthios I

eorū dignitatē etiā scribēs corinthiis. In q̄dē premittit. P̄io salutationē. Secūdo prosequitur eplam ibi B̄n dicit de^o r̄c. In salutatioe aut̄ tria ponit p̄mo eni de scribit personas salutantes. Secūdo personas salutatas ibi. Ecclesie que est r̄c. Tertio bona optata ibi. Gratia vobis r̄c. Circa primum primo describitur persona salutans principalis qz paulus. Secūdo p̄sona adiuncta: qz thimotheus. Persona salutans describit̄ ab humilitate qz paulus q̄ latine d̄r modic^o. Iste ē ille modic^o de quo Esa. 60. Minim^o erit in mille r̄c. Vel a doctrina: quia paulus d̄r os tube. Ita ē illa tuba de qua zach. 9. Dns in tuba canet r̄c. Et cōpetit qd̄ d̄r Esa. 48. Quasi tuba exalta vocē tuā r̄c. A dignitatis auctoritate qz ap̄s r̄c. Ubi tria ponunt̄. P̄mo qz sit legat^o. vñ d̄r ap̄s. i. p̄ncipaliter missus. Sōlī em̄ duodeci ap̄s electi missi sunt a x̄po. Luc. 9. Elegit duodeci quos r̄ ap̄s r̄c. Alij s̄t discipuli nō missi s̄t p̄ncipaliter sed secūdar̄io. Et inde ē qz apostolis succedat̄ ep̄i qui h̄nt sp̄cālē curā gregis d̄nt Alij aut̄ sacerdotes succed̄t. Ixij. discipulis qui gerūt vices cōmissas sibi ab ep̄is. Est ergo ei^o dignitas. quia ap̄s. i. 1. Cor. 9. Si alijs nō s̄t ap̄s sed t̄n vobis s̄t r̄c. Gal. 2. Qui opatus ē petro. r̄c. S̄z quare vocat se hic ap̄lin dicens. Paulus ap̄s cū in eplā ad romanos scribat se serū. Rō hui^o ē qz romanos r̄p̄ndit de dissensione r̄ supbia q̄ ē mater dissensionis qz inter supbos s̄z surgia sunt. An vt eos reuocet a dissensione inducit eos ad humilitatē vocādo se serū. Corinthij vero erāt pertinaces r̄ rebelles: r̄ iō vt r̄p̄m̄t̄ eoz p̄rurā vsus est hic noīe dignitatis dicens se ap̄lin. ¶ Secūdo ponit cuius sit legat^o: qz iesu x̄pi. Ista. 5. P̄io x̄po legatōe fungimur ¶ Tertio ponit modus quo adeptus ē legationē: qz nō ingressus se vt pseudo. Iere. 23. Nō mittebā eos et ip̄i cur rebāt. Nō est dat^o p̄p̄o ex diuino furore: iuxta illud iob 34. Qui facit regnare ypocritā r̄c. Iere. 12. Dabo tibi regē. sed in furore meo. ¶ Ad apt^o apostolatū evoluntate dei r̄ b̄nplacito Act. 9. Quas electōis ē mibi iste. Et iō dicit. p̄ voluntatē dei. Persona aut̄ adiuncta ē thimothe^o. An dicit. Et thimothe^o frat̄. Frater inq̄ p̄pter fidē Ma. 23. Dēs vos fr̄s estis r̄c. Et p̄pter dignitatē qz ep̄s: r̄ in d̄e ē qz papa vocat oēs ep̄os fratres. Cōnumerat autem sibi thimotheū qz cū ip̄e transisset p̄ eos sicut dixit i p̄rma eplā vltio capitulo possent credere qz maliciose retulisset apostolo ea de quib^o ip̄e scribit ad eos. ¶ Cōsequēter ponunt̄ p̄sonē salutatē: r̄ primo p̄ncipales. sc̄do adiu etc p̄ncipalib^o in hoc qz dicit. Ecclesie dei q̄ ē tot^o popul^o fidelis tam clerus q̄ laici. i. Th. 3. Ut scias quō oporteat te cōuersari. Que ē corinthi qz corinthus erat metropolis achaie. Sed adiuncte p̄sonē s̄t oēs sancti qui sunt vsius sp̄s sancti gr̄a renati. i. 1. Cor. 6. Sed abluti estis sed sanctificati r̄c. Qui sunt in achaia cui^o metropolis est corinthus Istis aut̄ p̄sonis salutatis optat ap̄s bona. Unde dicit Gr̄a vobis r̄c. Et circa hoc duo facit. P̄io ponit ipsa bona. Secūdo ip̄oz actorē ibi. A deo p̄re r̄c. Ponit aut̄ ista duo extrema bona vt in eis intelligat̄ media P̄mū em̄ bonū est gr̄a q̄ ē p̄ncipiū oīm bonoz. Nā ante gr̄am nihil ē nisi diminutū in nobis. Vltimum aut̄ oīm bonoz ē pax: qz pax ē generalis finis mētis. Nā qualitercūqz pax accipiat̄ habet rōnē finis r̄ in gl̄ia cetera: r̄ in regimine r̄ in cōuersatione finis ē pax. ps. Qui posuit fines tuos pacē. Quis aut̄ sit actor hoz bonoz ostendit: sub d̄s. A deo p̄re r̄c. Et hec duo possunt̄ dupliciter distingui qz cuz dicit a deo p̄re. p̄t̄ intelligi p̄ tota trinitate. Nā licet p̄sona p̄ris dicat̄ p̄ x̄pi p̄ naturā t̄n tota trinitas ē pater noster p̄ creationē r̄ gubernatōez Esa. 63. Et nūc d̄ne p̄r noster es d̄. Iere. 3. P̄sem vobis me. A deo ergo p̄re n̄ro id est a tota trinitate pro

ueniūt bona. Mat. 7. Si vos cū sitis mali r̄c. S̄z si de^o pater noster accipiat̄ p̄ tota trinitate quare addit̄ p̄sona filij cū dicit. Et d̄no iesu x̄po: nunq̄d ē alia p̄sona a trinitate? Dicēdū qz addit̄ nō p̄pter aliā p̄sonā s̄z p̄pter aliā naturā sc̄z hūanitatē assūpte a filio in p̄sonā diuinā quā quidē trinitati cōnumerat. qz oīa bona pueniūt nobis a trinitate p̄ incarnationē x̄pi. Et p̄io gr̄a. Job. 1. Gratia r̄ veritas r̄c. Secūdo pax. Ep̄e. 2. Ip̄e ē pax n̄ra r̄c. Itē cū dicit A deo p̄re nostro: p̄t̄ intelligi p̄sona patris solū: r̄ licet tota trinitas sit pater noster vt dicit̄ ē t̄n p̄sona p̄ris ē pater noster p̄ appropriationē: r̄ sic hoc qz dicit. Et d̄no iesu x̄po: intelligit̄ de p̄sona filij. De p̄sona aut̄ sp̄s sancti nō sit hic mētio: qz sicut dicit Aug. Cū sit nex^o p̄ris r̄ filij vbi cūqz ponit̄ p̄sona p̄ris r̄ p̄sona filij intelligit̄ p̄sona sp̄s sancti.

Lectio secunda.

Benedictus de^o r̄ pater d̄ni n̄ri iesu x̄pi. pater misericordiarū r̄ de^o tot^o cōsolatiōis qui cōsolat̄ nos in oīm tribulatiōe n̄ra. vt possimus r̄ ip̄i consolari eos qui in omni p̄sura sunt p̄ exhortationē qua exhortamur r̄ ipsi a deo. qm̄ sicut abundant passiones x̄pi i nobis. ita r̄ p̄ x̄pm̄ abūdat cōsolatio n̄stra.

Hic incipit eplam in qua apostolus duo facit. P̄io em̄ excusat se de eo qz non tuerat ad eos sicut p̄miserat. Secundo p̄sequit̄ intentionē suā ca. 3. ibi Incipim^o iterum r̄c. Circa primum duo facit. P̄mo ponit excusationē de mora. Secūdo more assignat cām secūdo ca. ibi. Statui s̄t r̄c. Circa primum duo facit. P̄io em̄ reddit eos beniuolos. Secūdo excusationē ponit ibi. Et hac confidentia r̄c. Circa primum duo facit. P̄io captat eoz beniuolentiam recitando quedā i generali. Secūdo qdā i sp̄cālī ibi. Nō em̄ r̄c. Beniuolentiā aut̄ eoz captat apostolus ostēdēdo qz quicquid facit totū facit ad eoz vtilitatem. Et circa hoc duo facit. P̄io p̄mittit vtilitatē que ex ip̄o alijs puenit. Secūdo rōnem eoz assignat ibi. Qui sicut habundat r̄c. Circa primum tria facit. P̄io em̄ ponit gr̄a p̄fectio. Secundo actiōis gr̄a p̄ modum sibi. Qui cōsolat̄ r̄c. Tertio cā ibi. Et possim^o r̄ ip̄i cōsolari. Agit ergo gr̄as totū trinitati a qua puenit oē bonū. Et iō dicit. Benedict^o de^o id est tota trinitas. Itē p̄sonē p̄ris cū dicit. Et p̄ d̄ni nostri iesu x̄pi p̄ quē sc̄z x̄pm̄: pater nobis oīa donauit. Sed sciendū qz nos benedicim^o deū r̄ de^o b̄ndicit nobis sed aliter r̄ aliter. Nā dicere dei ē facere. ps. Dixit r̄ facta sunt. An benedicere dei ē bonū facere r̄ bonū infundere: r̄ sic habet rationem causalitatis. r̄ Sen. 1. r̄. 22. Benedicens benedicam tibi r̄c. Dicere autem nostrum non est causale sed recognoscituum seu expressiuū. An de benedicere nostrum idem est qd̄ bonū recognoscere. Cum ergo gratias agimus deo: benedicimus sibi id est recognoscim^o eū bonum r̄ datorē oīm bonozū. Tob. 12. Benedicite deū celli r̄c. Dan. 3. Benedicite omnia opera r̄c. Recte ergo gratias agit patri quia misericors est. Unde dicit. Pater misericordiarū. Et quia consolator. Unde dicit. Et deus totius cōsolationis. Et agit gratias de duobus quibus homines maxime indigent. P̄mo enim indigēt vt auferant̄ ab eis mala: r̄ hoc factū que auferit miserā: r̄ miserere ē p̄prium patris. ps. Quomō miseret̄ pater filioz. r̄c. Secūdo indigent vt sustentent̄ in malis q̄ adueniūt. Et illud ē p̄prie cōsolari: qz nisi hō haberet aliquid in quo quiesceret cor eius quā supueniūt mala nō subsisteret. Tunc ergo aliq̄s cōsola

Explanatio sancti Thome

tur aliquē qñ affert et aliqd refrigeriū in quo quiescat in malis. Et licet in aliquibus malis hō possit in aliquo cōsolari et quiescere et sustentari tñ solus deus ē q̄ nos cōsolatur in oībus malis: et ideo dicit. **Deus totius cōsolationis:** q̄ si peccas cōsolat te deus q̄ ipse misericors est. Si affligeris cōsolat te vel erūdo ab afflictione per potentia suā vel iudicando p̄ iusticiā. Si laboras cōsolat te remunerādo. **Gen. 15. Ego merces tua rē. Et iō dicit Mar. 5. Beati qui lugent rē. Materā autem gratiarū actionis subdit dicens: Qui cōsolat rē. quasi dicat. Iō benedictus q̄ cōsolatur nos in omni tribulatione infra 7. Qui cōsolat rē. Cām autem butus ponit cum dicit. Et possimus et ipsi cōsolari. Ubi notandū est q̄ in dōnis dñi s̄ oīdo. Ad hoc em̄ deus dat aliquibus spālia vōa vt ipsi effundant illa in vtilitatē aliorum. Non enim dat lumen soli vt sibi soli luceat sed vt toti mundo. Uñ vult q̄ de oībus bonis nostris siue sint diuinitie siue sc̄ia siue potētia siue sapia accrescat aliqua vtilitas alijs. **p̄te. Ps. 4. Quisquisq̄ grām quā accepit rē. Hoc ē ergo qd̄ ap̄o stolus dicit. Cōsolat nos in omni tribulatione. S̄z quas re nō vt solū nobis hoc sit ad bonū sed vt etiā alijs. p̄sit. Uñ dicit. Et possimus et ipsi cōsolari eos rē. possimus p̄ exemplū cōsolatiōis nostre. Qui em̄ non ē cōsolatus ne sc̄it cōsolari. **Ecl. 33. Qui nō ē temptatus q̄lia sc̄it qui sunt in omni. i. in qualibet pressura. **Eccl. 61. Spūs dñi misit me rē. vt cōsolaret omnes lugentes rē. **Ecl. 48. Cōsolatus ē lugentes rē. Possimus dico cōsolari per exhortationē ad tolerantia passionū p̄mittendo premia eterna: qua sc̄z exhortamur vos p̄ scripturas et i. externa inspirationes vt patienter sustineamus et alios exhortemus exemplo nostri et p̄ ipsas scripturas. **p̄te. **1 Cor. xi. Ego em̄ accepi a dño rē. **Eccl. 48. Due audiui a dño. rē. **U. Posita vtilitate q̄ ex ap̄lis alijs. puenit: dicitur: cōsolationis rōnem assignat dicens: Qm̄ sicut abundant. rē. Et q̄ duo dixerat. q̄ deus cōsolat nos in omni tribulatione et q̄ possimus et ipsi rē. Hic rōnem hor̄ duorū exponit: et p̄tio ostendit quō deus cōsolat nos in oī tribulatione. Secūdo quō cōsolatio nostra cōuertit in cōsolatiōē aliorū ibi. Siue aut̄ tribulamur rē. Dicit ergo. Recte dico q̄ cōsolat nos in oī tribulatione nra q̄ em̄ q̄ abundat passiones xp̄i in nobis: et dicit xp̄i. i. inchoate a xp̄o. **Eze. 9. A sanctuario meo incipite. In xp̄o em̄ inceptorū passionis p̄ peccatis nris q̄ ipse pctā nra p̄tulit in corpore suo sup lignū. **p̄te. **Ps. 2. Deinde p̄ ap̄los qui dicebāt. Mortificamur tota die. **ps. rē. Deinde p̄ martyres qui facti sunt tēptati sunt rē. **1 Pet. xi. Ultimo ip̄i pctiores p̄ suis pctis patienter trā dñi portabūt q̄ peccauerunt ei. **Uel passiones xp̄i. i. quas sustinemus p̄pter xp̄m. **Act. 5. Ibant ap̄li gaudentes rē. et **ps. Propter te mortificamur rē. Sicut in q̄ huiusmodi passiones abundāt sic abundat per christum cōsolatio nostra. **ps. Scdm̄ multitudinē dolorum rē.************************************

Rectio tertia

Sue aut̄ tribulamur pro vestra exhortatiōe et salute siue cōsolamur p̄ v̄ra cōsolatiōe. siue exhortamur pro v̄ra exhortatiōe et salute q̄ opatur tolerantiam earundē passionū quas et nos patimur. vt spes nra firma sit p̄ vobis scientes qm̄ sicut socij passionū estis. sic eritis et cōsolationis. **Nō enī volum⁹ ignorare vos fr̄es de tribulatione nra que facta ē in asia. q̄ in supra modum grauati sum⁹ supra virtutem. ita vt te**

deret nos etiā viuere. Sed ip̄i in nobis sp̄is responsū mortis habuim⁹. vt nō sim⁹ fidentes in nobis. sed in deo qui suscitatur mortuos qui de tantis piculis nos eripuit eruit in quē speram⁹ qm̄ adhuc eripiet adiuuantibus vobis in orōne p̄ nobis. vt ex multarū psonis faciez eius que in nobis ē donatiōis. p̄ multos gr̄e agantur pro nobis.

Post q̄ ap̄s ostendit q̄ de⁹ cōsolat seruos suos in tribulationib⁹ sc̄z ministros fidei et p̄dicatores: hic p̄sequēter manifestat q̄ eorū cōsolatio cedit ad bonū aliorū. Et circa hoc duo facit. **Primo** manifestat qualiter eorū cōsolatio sit ad aliorū vtilitatem et salutē. **Secūdo** ordinem huius cōsolatiōis et salutis insinuat ibi. **Que** operantur tolerantia rē. **Circa** primū aduertendum ē q̄ tria dicit ap̄s se recepisse. **Tribulatiōē** cū dicit. **In omni tribulatione vestra: cōsolatiōē** cū dicit. **Qui cōsolat nos exhortatiōē** cū subdit. **Et possim⁹ et ip̄i rē. Accipit** d̄q̄ ergo hec tria passus dicimus q̄ ap̄li cōsolant tribulant et exhortant. **Unde** et tria ostendit ap̄s cedere ad cōsolatiōē aliorū: hoc in quodā ordine. **Et** p̄tio eorū tribulatiōē cū dicit. **Siue** inquit tribulamur rē. quasi dicat: **vere** quicquid recipimus est in bonū vestrū. **Quia** siue tribulamur p̄ vestra exhortatiōē et salutē: q̄ sc̄z nostro exemplo monet vos de⁹ ad passionū tolerantia: vnde puenit vobis salus eterna. **Unde** p̄mi **Macha. 6. legit. Quis** derit elephantis sanguinē vne et morozum: vt acuerent eos ad bellū. **Quod** fit quādo tepidis et pigris adhibet passiones sc̄z in exemplū. **Secūdo** ostendit q̄ eorū cōsolatio in aliorū vtilitatem cedit cum dicit. **Siue** cōsolamur quasi dicat: **ipsa** nostra cōsolatio qua nos spe p̄mij cōsolamur ē ad cōsolatiōē vestrā in quātū exemplo nostro vos etiā eandē spem p̄mij habentes gaudet. **Ter**tio ostendit q̄ eorū exhortatiō passiva est ad bonū aliorum dicens. **Siue** exhortamur p̄ internā inspirationē vel per flagella: hoc ē pro vestra exhortatiōe sc̄z vt vos ad maiora a nemini et salutē speretis. **Unde** d̄. 2. **Macha. vlt. q̄ exhortati sermonib⁹ iude. rē. Sexto** adiunāte aut̄ vos rē. **Hui⁹** aut̄ cōsolatiōis et salutis ordinē insinuat cū subdit. **Que** operantur tolerantia rē. **Et** circa hoc duo facit. **Primo** ostendit patientiam habitam in aduersis. **Secundo** manifestat fructum qui ex patientia p̄uenit ibi. **Et** spes firma rē. **Dicit** ergo. **Dico** q̄ hec ad vestram salutem cedunt que salus est vobis in hoc in quantum exemplo nostri estis fortes ad tolerantia passionum: et vt patienter sustineatis passiones quas et nos patimur. **Luc. 21. In** patientia vestra possidebitis animal vestras. **1ac. 5. Exemplum** accipite fratres mei rē. **Ex** qua quidē patia p̄uenit vobis fructus: q̄ ex hoc spes nostra firma ē p̄ vobis q̄ vos efficiamini heredes vite eterne. **Ro. 5. Tribulatio** patiam opat patia vero spes. **Greg⁹. Tanto** spes in deū solidior surgit: q̄to quis grauiora p̄ noie ei⁹ p̄ulerit. **Mā** ex passionibus quas sustinet sc̄i dei p̄ xp̄o cōsurgit eis spes vite eterne. **Et** cā spes hui⁹ ē q̄ sum⁹ sciētes q̄ sicut estis socij nri in passionibus eritis socij et cōsolatiōis. i. vite eterne. **2. Timo. 2. Fidelis** sermo nā si cōmoxui sum⁹ et conuiuem⁹. **2c. 1. Ps. 4. Cōdicātes** xp̄i passionib⁹ gaudente rē. **Cōsequēter** cū dicit. **Nō** em̄ volum⁹ vos rē. **Capit** eorū beniuolentia recitādo qdā i spāli. **Et** circa hoc tria facit. **Primo** em̄ describit persecutiōē quā passus ē in asia. **Secūdo** spāle ei cōsolatiōē collatā ibi. **Qui** de tantis. **Tertio** subdit cōsolatiōis causam ibi. **Mā** gl̄ia rē. **Dicit** ergo p̄mā nō solū ea q̄ d̄c̄ sūt de tribulatiōibus i generali bonū

in epistolā II ad Corinthios I

est vos scire: sed nō volumus vos ignorare quia scire est
vile nobis in quantum exemplo nostri patitiōis estis.
Nolumus inq̄ vos ignorare de tribulatione nostra. **2c.**
Tren. 3. Recordare paupertatis mee **2c.** **Hec** ē illa per
secutio de qua legitur. **Act. 19.** **Que** facta est apostolo
ab asiano quodā argentario cōcitante plebē contra eum
quā quidē apostolus exaggetat a tribus. **Ex** loco qz in
asia **2** hoc ē qd dicit. **Que** scz tribulatio. **Facta** ē in asia
id ē apud ephesum q̄ ē in asia vbi debuisset magis hono
rari **2** cōsolari. **Ex** acerbitate qz supra cōsuetudinem hu
manarū passionū. **2** ideo dicit. **Qui** supra modū sumus.
2c. **Itē** supra posse **2** iō dicit supra virtutē. **Sz** cōtra. **1.**
Cor. 10. **Fidelis** deus qui non patietur vos tempta
ri supra. **2c.** **Rūdeo** dicendū qz pati supra virtutē pōt in
telligi dupliciter. **Vel** supra virtutē naturalez: **2** de hac
loquit hic supra qz deus aliq̄n pmittit scōs temptari.
Vel supra virtutē gratie: **2** de hac intelligit illud. **1.** **Cor.**
10. **Fidelis** de⁹ **2c.** supra qz nō pmittit aliquem de⁹ tem
ptari. **Et** qz apostolus loquat hic d virtute naturali offē
dit cōsequēter cū dicit. **Ita** vt rederet nos viuere. **Con**
stat enī qz inter alia viuere magis desiderat. **Qu** ergo ē
tanta psecutio vt r ipa vita reddat tediōsa manifestū est
qz ē supra virtutē nature. **Et** hoc est qd dicit. **Ita** vt. **2c.**
quasi dicat. **Sic** erat grauis psecutio vt vita esset nobis
tediōsa. **Job. 10.** **Tedet** aīam meā vite mee. **Cōtra** **Fac.**
1. **Omne** gaudū existimate frēs mei **2c.** **Rūdeo** dicitur
qz tribulatio pōt cōsiderari dupliciter. **Vel** fm se **2** sic ē
tediōsa: vel in cōparatione ad finē: **2** sic ē iocunda in q̄tū
ppter deū **2** ipem vite eterne sustinet. **Et** nō solum erat
nobis tediōsa vita sed etiam certi de morte. **Unde** dicit
Sz ipi in nobis responū mortis. **i.** certitudines mortis
habuim⁹ quasi dicat. **Primo** mea dictabat mihi hoc qz
deberē mori. **Vel** aliter responū mortis. **i.** ipsa rō dice
ret **2** eligere mori pppter tediū vite. **Exaggetat** etiā tri
bulatiōē ex cā. **U** dicit. **Et** nō sumus in nobis. **2c.** **i.**
vt reprimat humana superbia. **Jer. 16.** **Dñs** fortitudo
mea **2** robur. **2c.** **Sed** in oibus cōfidam⁹ d deo. **Jer. 17.**
Benedictus qui cōfidit in dño **2c.** **Et** iō dicit. **Sz** i deo
qui suscitāt **2c.** **1.** **Re. 2.** **Dñs** mortificat **2** viuificat. **Sz**
qz dñs nō derelinquit sperātes in se: iō subdit apostolus
cōsolatiōē ei factā a dño dicens. **Qui** de tātis piculis
2c. **Et** circa hoc tria facit. **Primo** describit cōsolatiōē p̄
sentē cōtra mala preterita. **Secundo** cōsolatiōē futurā.
Tertio cām sp̄i. **Dicit** ergo cōsolati sum⁹ a deo qui eris
puit nos i p̄terito de tantis periculis **2** eruit in p̄senti qz
nō cessat liberare. **1.** **1.** **43.** **Cū** trāstieris p aquas. **2c.** **In**
quē speramus qm̄ eripiet **2** adiecit i futuro **1.** **2.** **Qui**
tūmens dñm sperate in illū. **Huius** aut sp̄i cām nobis
p̄bent oīones v̄re. **U** dicit. **Adiuuantibus** vobis nos
in oīonibus quas p nobis facitis. **Prone. 18.** **Frater**
qui iuuat a fratre **2c.** **Ro. 15.** **Obsecro** vos frēs p dñm
iesum xpm̄ **2** p charitatē sancti sp̄is vt adiuuetis me in
oīonibus v̄ris. **2c.** **Que** quidē oīones necessarie sūt qz
de⁹ multa bona cōfert vni⁹ ad p̄ces multoz: cui⁹ rō est.
qz de⁹ de bonis q̄ cōfert vult exhiberi sibi gr̄as **2** qz mul
ti ex hoc teneant ad gr̄arū actiōes: hoc aut fit qm̄ ex eo qz
dat vni ad p̄ces multoz obligat sibi oēs ad quoz p̄ces
cōfert bonū aliq̄d vt sic nō solū ille cui cōfert sed etiā ipi
regātes gr̄as referant deo **Et** hoc ē qd dicit. **Et** ex mul
tarū p̄sonis. **Et** dicit ex multarū faciez vel quantū ad eta
tem vel q̄tū ad cōditionē vel q̄tū ad diuersitatē gētium
vel morū. **Eius** q̄ in nobis ē donatiōis. **i.** p illa donatio
ne. **i.** fidei q̄ in nobis ē. **Per** multos agant gratie deo p
nobis **Ephe. 5.** **Gratias** agentes deo **2** patri **2c.** **Vel** ali
ter. **Et** ex multarū p̄sonis faciez. **i.** cōditionū p̄sonis.
Dico etus donatiōis q̄ ē in nobis. **i.** q̄ habet idē donum

scz fidei vel charitatis. **i.** ex multis p̄sonis illoz qui sunt
in fide xpi. **Agant** **2c.** **Et** sic fm hac expositionē per dia
uerfas facies intelligunt diuerse virtutes vt facies vni⁹
dicat illa virtus in qua preeminet sicut facies iob patie
tia. facies dauid humilitas: **2** sic d e alijs.

Lectio quarta.

Am gloria nostra hec est testimoniū
dum cōscie n̄re: qz in simplicitate cor
dis **2** sinceritate dei: **2** nō in sapien
tia carnali: sed in gr̄a dei cōuersati sum⁹ in
hoc mūdo. habūdanti⁹ aut ad vos. **Nō** em̄
alia scribim⁹ vobis q̄ que legistis **2** cogno
uistis. **Spero** aut qz vsqz in finē cognoscetis
sicut **2** cognouistis nos ex pte qz gl̄ia v̄ra su
mus: sicut **2** vos nostra in die domini nostri
iesu christi.

Posita cōsolatiōe aplo a deo facta post psecutiōē: hic
cōsequenter cōsolatiōis cām assignat que ē de spe diuis
ni auxilij. **Et** circa hoc: vno facit. **Primo** pponit causam
sp̄i. **Secundo** adducit ad hoc testimoniū eoz quib⁹ scribit
ibi. **Nō** enī alia **2c.** **Dicit** ergo. **Dico** qz speram⁹ ad huc
eripi a dño **2** cōsolari. **Nā** gloria **2c.** quasi dicat: cū hui⁹
ē bona cōscia nostra. **Spes** em̄ ē expectatio futurorum
ex gratia **2** meritis pueniens. **U** **2** circa hoc tria facit
Primo ostendit gloriā quā habet de testimoniū pure sc̄ie.
Secundo cām hui⁹ glorie insinuat ibi. **Q** in simplicitate.
Tertio manifestat vnde pueniat hec cā ibi. **Et** nō in sa
pientia carnali. **Dicit** ergo. **Nō** spero **2** cōfido de deo qz
gloria nostra. **i.** glorioz ex testimoniū **2** puritate cōscie
nostre: ex quib⁹ secure pōt cōfidere de deo. **1.** **Jo. 4.** **Sz**
co: nostrū nō respenderit **2c.** **Ro. 8.** **Sp̄e** sp̄is testimo
niū **2c.** **Notandū** aut qz cōscie testimoniū v̄re ē qz nō
decipit. **Multi** enim exterius videntur boni qui in cōs
scientia sua nō sunt boni. **Et** semper durat. **Sed** non dis
cit conscientie aliorum sed nostre: quia semper hō plus
debet stare conscientie sue de se tanq̄ testimoniū alioz
quod nō faciunt illi qui reputant se bonos ex hoc qz alijs
sunt mali nō ex hoc qz ipi in veritate boni sunt. **Et** illi qui
gloriant de bonitate alicuius boni viri qui eis aliq̄ affi
nitate coniungitur. **Causam** autem huius glorie insinu
at dicens qz in simplicitate **2c.** qz consistit in duobus. **In**
duobus enim consistit puritas conscientie: vt scz ea que
facit sint bona **2** qz intentio facientis sit recta: r ista dicit
apls de se. **Primo** qz habet intentionem rectam ad deum
in opibus suis **2** iō dicit. **Q** in simplicitate. **i.** in rectitu
dine intentionis. **Sap. p̄io.** **In** simplicitate cordis **2c.**
Prover. 11. **Simplicitas** iustoz. **2c.** **Secundo** qz ea q̄ facit
sunt bona. **2** iō dicit. **Et** sinceritate opatōis. **Phil. p̄io**
Et sitis sinceres **2** sine offensa. **Unde** aut pueniat huius
glorie causa manifestat subdens: **Sed** non in sapia car.
Hoc pōt dupliciter legi. **Primo** vt referatur ad hoc qd
immediate precedit scz dei. **Et** tunc est insinuatū: vnde
veniat et sinceritas **2** simplicitas: quasi dicat. **Multi** an
tiqui fuerunt sapientes in sapientia terrena sicut pbi. **Et**
multi iudei pure vixerunt confidentes in iusticia legis:
sed nos nō in sapientia carnali q̄ fm naturas rerū vel de
sideria carnis est sed in gratia dei cōuersati sum⁹ in hoc
mundo. **Ro. 8.** **Prudētia** carnis mors ē **2c.** **p̄rie** **Cor.**
2. **Nō** in p̄uasibilib⁹ humane **2c.** **p̄rie** **Cor. 15.** **Gratia**
dei iū id qd suz. **Vel** etiā fm hunc modū. **Nō** in sapientia
2c. **i.** nō quasi innixus hūane sapie s̄z gr̄e dei **Prover. 3.**
Ne innitaris prudentie tue. **Allo** mō pōt exponi vt hoc

Explanatio sancti Thome

quod dicitur in simplicitate. et referat ad puritatem vite. hoc vero quod dicitur in sapia. et referat ad veritatem doctrine quasi dicat. Sicut vita nostra est in simplicitate et sinceritate dei: sic doctrina non in sapia carnali sed in gratia dei. Sed in due parte magis valent. Et licet sic bene conuersati sumus in mundo isto: tamen abundantius quod tunc ad vos. quod scilicet ab alijs ecclesijs receperat sumptus ab eis non. infra. 11. Alias ecclesias expoliavi. Et ratio huius potest esse: quod auari erant. unde ne contristaret eos noluit ab eis recipere sumptus. Consequenter huius sancte sue conuersationis testimonium eorum inuocat dicens. Non enim alia. et quasi dicit. Hec que scribitis mihi sunt vobis incognita: quia iam legistis ea in prima epistola et cognouistis per experientiam operum. 2. Jo. 2. Non mandatum nouum. et licet non perfecte cognoueritis quod coparatis vobis pseudo apostolos: spero tamen quod usque in finem. scilicet vite cognoscetis. scilicet perfecte sicut usque modo cognouistis nos ex parte. Cuius ratio est: quia quis videt aliquem aliquid bene incipere debet sperare quod tempore perficiat. Et quare: quia qui cepit in vobis opus bonum. et videtur per prophetam. Et cognoscetis quia nos sumus gloria vestra. id est per nos debetis consequi gloriam eternam ad quam homo peruenit per fidem christi quam predicamus vobis. Propter. 10. Gloria filiorum sunt patres eorum. Ita dico sumus gloria vestra sicut et vos nostra gloria estis: quia per vos a nobis instructos habetis spes ramus promissionis eterne glorie. 1. Thes. 2. Que est spes nostra aut corona glorie nostre: nonne vos. Et hec gloria erit nobis ex vobis in die domini nostri iesu christi. id est in die iudicii qui dicitur dies christi: quia tunc faciet voluntatem suam cum peccatoribus puniendo eos qui in hoc mundo fecerunt voluntatem suam peccando. ps. Non accipero tempus ego iusti. et Apoc. 20. Libri aperti sunt. et c.

Lectio quinta.

Et hac confidentia nolui prius venire ad vos ut secundam gratiam haberetis et per vos transire in macedoniam. et iterum a macedonia venire ad vos et a vobis deduci in iudeam. Cum ergo hoc voluissem: nunquid leuitate versus sum? Aut quod cogito secundum carnem cogito ut sit apud me: et non? Fidelis autem deus quia sermo noster qui fuit apud vos: non est in illo. est et non: sed est in illo. Dei enim filii? iesus christus qui in vobis per nos predicatus est. per me et siluanum et timotheum: non fuit in illo est et non: sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt in illo est: ideo et per ipsum amicum deo ad gloriam vestram. Qui autem confirmat nos vobiscum in christo et qui vixit nos deus: et qui signauit nos et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem teste deum inuoco in animam meam: quod partes vobis non veni ultra corinthios: non quia dominamur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudio vestri. Nam fide statis.

Apostolus captata benignolentia corinthiorum: consequenter excusationem suam addit. et circa hoc tria facit. Primum enim ponit intentionem. Secundo sub questione accusationem contra eum ab eis factam exponit ibi. Cum ergo hoc. et c. Tertio excusat se ibi. Fidelis autem deus. Circa primum sciendum est quod apostolus in prima epistola quam nos habemus missa ab eo corinthiis vel per nuncium promiserat eis quod prius iret ad eos antequam iret in macedoniam et per eos iret in macedoniam et inde iterum rediret in achaiam

in qua est corinthum et de achaiam in iudeam. postmodum in secunda epistola quam nos habemus primum scribit eis quod primo iret in macedoniam et postmodum iret in corinthum. Quia ergo videtur secundum hoc contrarium primum promissioni. apostolus excusat se modo de hoc. Promissio primo ipsa. promissione prius facta: et ideo dicit. Et hac confidentia quasi dicat: vos scitis puritatem et sinceritatem meam: et estis testes mei et gloria mea: ideo in hac confidentia id est in hoc confisus quod per alterutrum glorificari speramus. vobis prius venire ad vos ut secundam gratiam haberetis. quia secunda visitatio et confirmatio in fide videtur secunda gratia respectu promissionis quam prius habuerunt misterio et predicatione ipsorum: et per vos transire in macedoniam et iterum a macedonia venire ad vos et a vobis deduci in iudeam. Hec est ordo primum me promissionis: sed in precedenti epistola est ordo contrarium sicut dicitur est. Consequenter huius mutationis accusationem quod accusabat eum corinthii ponit sub questione dicens. Cum ergo hoc eo voluissem. et c. duo imponebat ei ex hoc. leuitate quia mutauerat propositum. et c. 2. 7. Strultus ut luna mutatur. et c. carnalitate quia visus erat eis quod ex aliquo carnali et humano affectu hoc fecisset. An hec duo tangit et prius leuitate. unde dicit. Aliquid leuitate versus sum si non feci quod aliquis voluit. Absit. hester. 16. Nec putare debetis si diuersa iubeam ex animi leuitate venire. ps. In populo graui. et c. Secundo tangit carnalitate cum dicit. Aut nunquid ea quod cogito facienda vobis dimittenda secundum carnem cogito. id est in aliquo carnali affectu. Et sit apud me est et non. id est affirmatio et negatio. Infra. 10. Arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. Jac. 1. Cur duplex animus. et c. Exposita eorum accusatione consequenter excusat se dicens. Fidelis autem deus. et c. circa hoc duo facit. Primum insinuat se non fuisse mentitum. Secundo ostendit modum quo non fuit mentitum. Qui autem confirmat. et c. Qui autem non fuerit mentitum excusat se dupliciter. id est ex consuetudine et ex causa. Ex consuetudine quidem. quia non debet credi quod aliquis de facili mentiat qui nunquam inuenit et medax. et secundum hanc expositionem fidelis deus. et c. accipit in vi iuramenti quasi testis sit mihi hi deus quod sermo meus. id est predicatiois que fuit apud vos non est in illo est et non. id est in illo falsitas. Deutero. 32. Deus fidelis et absque vlla. et c. Si autem sumus fidelis deus. et c. pro veritate digne promissionis tunc est sensus. Fidelis est deus. id est seruat promissa sua. Promiserat autem mittere ad vos predicatores veritatis. Iere. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor vestrum. Et ideo cum sum missus ab eo sermo noster qui fuit et c. sicut supra. Ex causa excusat se cum dicit. Dei enim filii? et hoc dupliciter. scilicet motiua et efficiente ibi. Qui autem confirmat et c. Quia autem motiua ad non mentendum est quod qui assumit aliquod officium naturale mouet ad ea que congruunt illi officio et non ad contraria. Sed congruat quod officium applicum est predicare veritatem. Non ergo mouet ad contrarium veritatis quod est mentiri. Et circa hoc tria facit. Primum probat veritatem dicit sui per dicitum christi. Secundo veritatem christi per dicitum dei ibi. Quotquot autem et c. Tertio addidit suum propositum ibi. Jo. 7. per ipsum et c. Dicit ergo primum dico quod veritas nostra debet reputari vera et vera sunt que predicauimus christum in quo non fuit aliqua falsitas: et hoc est quod dicit. Dei enim filius christus que predicatus per nos in vobis: per me. scilicet principalem liter et siluanum secundario. Iste est sylas de quo habet Act. 18. et Timotheum de quo supra. Iste enim duo fuerunt cum apostolo quando prius conuertit eos. In illo. scilicet filio dei non fuit est et non. id est falsitas vel non fecit quod non congruit. Sed fuit in illo est. id est veritas: nam veritas et ens conuertuntur. Jo. 14. Ego sum via veritas et vita. Sed quod posset videri dubium hoc quod dicit quod in christo non fuit falsitas. ideo statim hoc probat subdicens. Quotquot autem et c. probat hoc modo. Estat quod in illo quod est manifestatiuum diuine veritatis non potest esse falsitas: filius dei venit ad manifestandum diuinam veritatem in promissionibus a deo factis complendis per ipsum. ergo in ipso non est falsitas. Et hoc est quod dicit. Non est in filio dei et

in epistolā II ad Corinthios II

non sed est quia quotquot pmissiones dei scilicet sunt facte hominibus in illo id est in xpo est id est in xpo verificatur et complet. Ro. 15. Dico iesum xpm ministrum fuisse et. Ad confirmandas et. Et his ergo concludit qd possit dicta sua vera sunt quia predicant filium dei in quo est veritas. ideo et per ipsum scilicet xpm dicimus Amen deo id est verum Apoca. 1. Dec dicit amen testis fidelis et. Et. 65. Qui benedictus est in terra benedictus in deo amen et. Et ista veritate dicimus deo id est ad honorē dei scilicet manifestantes eius veritatē et gloriā nostrā: quia gloria nostra est conuersio vestra. vel gloriā vestram quia gloria nostra est ostendere et predicare verbū dei. Consequenter cum dicit. Qui autē confirmat nos et. pbat apostolus qd non est mentitus p causam efficientē sic. licet enim homo ex libero arbitrio possit vti lingua sua ad verum vel ad falsum loquendum. nihilominus tamen deus potest confirmare hominē sic in veritate non nisi vera loquat. Si ergo deus aliquē confirmaret in vero manifestum est qd non diceret falsum. sed deus confirmat nos in veritate ergo et. Et ideo dicit qd deus est qui confirmat vos nobiscū in xpo id est in vera predicatione xpi quasi dicit. Si xps esset extra nos possemus mentiri. sed ex quo est nobiscū et nos sumus in xpo non mentimur ps. Ego confirmavi colinas eius et. Sumus ergo in xpo dupliciter scilicet p gratiam et per gloriā. Per gratiā quidē sumus in xpo vincti sumus spiritu sancti gratia et effectū sumus membra xpi et uniti sibi qua etiam gratia xps vinctus est fm qd homo ps. Vixit et deus et. Et ex plenitudine istius vinctiois redundauit in omnes suos. sicut vnguentum in capite scilicet xpo quod descendit et. Et ideo dicit qd vixit nos deus vixit in qd reges et sacerdotes. Apoc. 5. Fecisti nos deo et. 1. Pe. 2. Vos autem genus electum et. Unionē autem que est per gloriā non habemus in re sed in spe certa in qd habemus firmā spem vite eterne. Et habem⁹ duplicem certitudinem spei huius unionis consequēde Una est per signum. Alia per pignus. Per signum eius dicit qd fides. Unde dicit. Signauit nos signo fidei crucis. Item signum crucis. Eze. 9. Signa tibi id est signum crucis. Apoc. 7. Quoad usq signum seruos dei nostri et. Et hoc per spiritum sanctum. Ro. 8. Si quis spiritu xpi nō habet et. Et ideo speciale et certū signum est vite eterne consequēde configurari xpo. Can. 8. Pone me vt signaculū et. Vel signauit signo vite. per pignus vero maximum quia spiritus sancti et ideo dicit. Dedit pignus spiritus in cordibus nostris De quo certum est qd null⁹ potest eū accipere a nob. Et nota qd in pignore duo sunt consideranda scilicet qd faciat spem habende rei et qd valeat tantū qd valeret res vel plus. et hec duo sunt in spiritus sancto. quia si consideremus substantiā spiritus sancti sic valet tantum spiritus sanctus qd vita eterna que est ipse deus. quia scilicet valet qd omnes tres persone. Si vero consideretur modus habendi sic facit spem et nō possessionē vite eterne. quia nondum perfecte habemus ipsum in vita ista. Et ideo non perfecte beati sum⁹ nisi qd perfecte habebimus in patria. eph. 1. Signati estis spiritu Consequenter cū dicit. Ego autem testem et. Excusat de eo qd non venit. et hoc per iuramentū qd maius est. Et circa hoc tria facit. Primo ponit suam excusationē. Secundo respondet tacite questionē ibi. Non quia dominamur. Tertio exponit quod dicit ibi. Nam fide statis. Excusat autem se per iuramentū duplex. Annum attestatiōis cum dicit. Ego autem testis deū inuoco. Aliud est execratiōis cum dicit. In animā meā id est contra animā meam Ro. 1. Testis est mihi deus et. Testem in qd inuoco deū quia non veni ultra id est post primā vicē vlt post qd discessi a vobis. et hoc feci parcens vobis scilicet quia ipse sciebat

eos incorrigibiles. vnde si iuisset tunc aut puniisset et sic forte recessissent totaliter a fide. aut non puniisset et sic dedisset occasionē magis peccandi. Sed quia aliquis posset dicere quare dicitis. parcens vobis. Nūquid dominus noster estis? ideo consequenter hoc remouet dicens: Nō dico quia dominamur fidei vestre sed adiutor et. quasi dicit non dico hoc vt dominus sed vt coadiutor. 1. Pe. 5. Non enim dominātes in cleris et. Adiutor in qd gaudij vestri vel emendationis vestre. Quare autem dicat fidei vestre exponit consequenter dicens: Nam fide statis id est statis in gratia vita xpi per fidem.

Incipit capitulum secundū.

Satui autem hoc ipsum apud me iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristatus vos. quis est qui me letificet nisi qd contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis. vt non cum venero tristitia super tristitia habeam. de quibus oportuerat me gaudere. confidens in omnibus vobis quia gaudium meum omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas. non vt contristemini sed vt sciatis quā charitatē habeā abundantius in vobis.

Apostolus supra posuit excusationē suā in generali de moranda ad corinthios: hic vero insinuat causam tate more et quomodo eis peccat. Circa hoc autē duo facit. Primo enim insinuat vnā causam dilationis fuisse ne in aduentu suo tristitia inferret eis. Secundo ostendit alias causas fuisse ne fructus quem apud alios sperabat et inceperat facere impeditur ibi. Cum venissem autē et. Circa primum duo facit. Primo ostendit causam dilationis esse in communi ne tristitia inferret. Secundo loquitur in speciali de quodam qui eum contristauerat ibi. Si quis autē contristauit me. Circa primum tria facit. Primo assignat rationem quare venire distulit. Secundo causam dicit assignat. Si enim ego contristatus et. Tertio manifestat qd dicit ibi. Nam ex multa tribula. Dicit ergo. vixi qd nō veni ad vos parcens vobis. in hoc scilicet quia nolui vos contristare et ideo statim id est firmiter dūposui hoc ipsum apud me quod proposui cum aliam epistolam misi. Ecc. 37. Ante omnia verbū verū et. Ne trepidet id est alia vice in tristitia venire ad vos id est vos contristem. Et ratio quare noluit eos contristare est illa qua dominus noluit ieiunare discipulos suos scilicet ad hoc vt amore et non timore afficerentur ad xpm et iungerent sibi. Voluit enim eos dominus firmare et nutrire in fide in omni dulcedine et dsidrio cordis. et sic firmati ex amore non defacili euellerent ppter tribulationes quia aque multe non potuerunt extinguere charitatē Cant. 8. Similitē apud nō vult eos ppter hoc contristare. Rationē huius dicit scilicet qd nō vult eos contristat assignat cū dicit: Si enim ego contristatus et. Et circa hoc duo facit. Primo assignat causā quare noluit eos contristare. Secundo manifestat quā hoc significauit ibi. Et hoc ipsum scripsi. Dicit ergo. Ratio quare nolui in tristitia venire est quia tristitia vestra redundat in tristitia meā. et de consolatione vstra gaudeo. et solū vos consolamini me cū sū apud vos vnde si venire et contristare vos ego ex tristitia vstra tristarer et sic nullus esset qui letificaret me in vos qd contristauerat me qd tristatus nō defacili aliū consolaret. puer. 10. Filius sapiens et. puer. 29. Vir qd amat sapiētiam et. Et alie

Explanatio sancti Thome

Duplex tristitia Una seculi alia fm deū q̄ penitentiā in sa-
lute operat. **A**plius nō loquit de p̄ma sed de sc̄da. Et dicit
ex hoc ip̄o ego solabor si tristis vos id est si increpādo res
duco ad penitentiā: sed si ventrē et viderē vos nō penitere
de peccatis tunc nullā consolationē haberē. q̄ null? con-
tristat et penitet ex me. id est mea correctioe et increpatione
Causa autē quare hoc scribo vobis est. vt ita disponatis
vos: q̄ quando venero nō habeā tristitiā de eo q̄ viderē
vos incorrectos sup̄ tristitiā quā habui q̄n̄ audiui vos pec-
casse. Et circa hoc duo facit. Primo pōit ammonitionem.
Sec̄do sp̄e de ipeleioe ammonitiōis ostendit ibi. **C**ōfidēs et.
Ammonitio est ista: Ideo scripsi vobis hoc sc̄z q̄ tristior
de peccato v̄ro cōmisso. 2. **P**e. 1. Iniq̄s opib? animā in-
si cruciabat et. Et paret et disponatis vos corrigendo vt
cū venero ad vos nō habeā tristitiā de peccatis de q̄b? .i. vob
oportuerat me gaudere id ē debebā letari et nō cōtristari
sc̄z de p̄sentia v̄ra. **L**uc. 15. Gaudiu est angelis dei et.
Qualē at spem habeat de ipeleioe sue ammonitiōis subdit
dicens: **C**ōfidēs et. quasi dicat hāc fiducia habeo de vo-
bis talē disponi vos. vt cū venero oēs detis mihi materi-
am gaudij et hoc debetis libentē facere. q̄ gaudij meum
et. id est cedit ad gaudij v̄m. vel est p̄p̄ gaudij vestri
q̄d habetis de recuperatiōe gratie. 1. tibi. 2. Quod est gau-
dij meū et. **R**o. 12. Gaudete cū gaudētib? et. **S**z q̄z pos-
set aliq̄s dubitari de hoc q̄d dicit. **M**e cū venero tristitiā sup̄
tristitiā habeā et q̄rere quā tristitiā habuit de eis t̄o p̄nter
hoc exponit dicens. **H**ā ex multa tribulatione et. Et circa
hoc duo facit. Primo manifestat tristitiam iā vudu habi-
tam. Sec̄do respōdet cuidā tacite q̄stioni ibi. **N**ō vt con-
tristemini et. Dicit ergo p̄mo. q̄z haberē tristitiā si nō i-
uentrē vos correctos sup̄ tristitiā quā habui q̄n̄ peccatis
et oportuit me cōtristare vos redarguēdo dure. **H**ā ex ml̄s
ta tribulatiōe et angustia cordis scripsi p̄m̄ eplam p̄ multas
lachrymas quas fudi p̄ vobis iā mortuis pctō. **I**ere.
9. Quis dabit capiti meo aquas et. **E**cc. 22. Confusio ē
parti de filio indisciplato. **E**sa. 57. Iustus perit et nō est q̄
recognit et. Sciendū est autē q̄ duo pōit ad exaggeratio-
nem tristitie. tribulationē sc̄z et angustia. q̄ vni additum
alteri aggrauat tristitiā. **H**am aliq̄n̄ quis tribulat. sed si
ne angustia. tunc sc̄z q̄n̄ aliq̄ aduersitate quasi acutissimo
tribulo pungit. et tū videt sibi patere vias euadendi. q̄a si
non pateat tribulatiōi angustia iungit. Dicit ergo ex mul-
ta tribulatiōe qua p̄gebar de malo vestri et angustia cor-
dis. q̄z nō nō videbā vnde defacili posset poni remedium.
Scripsi et. ps. Tribulatio et angustia inuenerūt me. Sed
quia possent dicere. **D**e aplē etiā hec scribis nobis vt tri-
stemur. et ideo hoc remouet dicens: **N**on vt tristemi sc̄li-
cet scribo vobis illa: sed vt sciatis quā charitatē habeā in
vobis. **D**uo em̄ sunt signa dilectiōis sc̄z q̄ gaudeat quis
de bono alterius et tristet de malo eius: et hec ego habeo
ad vos infra. 5. **C**haritas xp̄i vrgēt nos. **H**abundanti? q̄
credatis. vel habundanti? q̄ ad alios.

Lectio secunda.

I quis cōtristauit me: nō me contri-
stauit: sed ex pte vt nō onerē omnes
vos. Sufficit illi q̄ eiusmodi est ob-
iurgatio hec que fit a plurib?. ita vt ecōtra-
rio magis donetis et solemini. ne forte abū-
dantiōi tristitia absorbeat q̄ eiusmodi est.
Propter q̄d obsecro vos. vt cōfirmetis in il-
lū charitatē. Ideo em̄ et scripsi vobis vt co-
gnoscā experimentū v̄m. an in omnib? obe-

diētes sitis. **L**ui autē aliquid donastis. et ego
Nam et ego q̄d donauī. si quid donauī p̄pter
vos in persona xp̄i. vt non circūuentiamur a
sathana. **N**on em̄ ignozam? cogitatiōes ei?
Postq̄ apostolus insinuauit causā dilatiōis ne sc̄z tristi-
tiam inferret: et de eius tristitiōe tractauit: hic sequen-
ter tractat de tristitate. Et circa hoc tria facit. Primo em̄
exaggerat culpā cōtristatis. Sec̄do penā eius p̄ culpa
inflicta ibi. Sufficit illi et. Tertio hortat eos habere mi-
sericordiā ad tristitāe ibi. Ita et ecōtrario et. Dicit ergo
Primo scripsi vobis per multas lachrymas quas fudi p̄
pter tristitiā cōceptā et p̄pter penas infigendā peccanti.
Sed si quis cōtristauit me ille sc̄z fornicarius de quo di-
citur. 1. cor. 5. **D**imno audē int̄ vos fornicatio et. **M**e
in q̄ et si cōtristauit nō cōtristauit me sed ex pte id est non
tristauit me sc̄z solum sed vos et nos. **N**ō omnes sed ex p-
te. Et hoc dico nō vt onerē vos oēs id ē vt vob hoc oib?
nō ip̄oaz. **B**riforie loquēdo q̄n̄ dicat. nō ita est? boni et vili-
giti me q̄ p̄ tristitiā mea et pro peccato fratris oēs vos
leatis. **M**e vt onerē omnes vos non t̄m̄ illos q̄ nō voluer-
unt de peccato. **M**e aliter dicendū et melius. **N**ō me cō-
tristauit sed ex pte et. Sciendum est em̄ q̄ aliq̄s aliq̄n̄ tri-
statur totaliter et aliq̄n̄ nō totaliter. **T**otalitē q̄d tristat q̄n̄
q̄n̄ p̄ tristitiā absorbeat a voloze. et hec tristitiā est q̄ monē
operat vt dicit infra. 7. que q̄dē fm̄ p̄m̄ nō cadit in sapi-
entē. **N**on totalitē autē tristatur q̄n̄ licet ex aliquo malo
q̄d patitur seu videt fieri tristatur: t̄n̄ ex alijs causis bonis
gaudet et ista tristitiā est fm̄ deū et cadit in sapiētē. **Q**uia
ergo aplius dicit se cōtristatū nō credat totaliter a tristitiā
absorptus q̄d non est sapiētis. dicit se cōtristatū ex pte q̄n̄
non totalitē. Et fm̄ hoc legit sic. **C**ontristauit me sc̄z forni-
carius p̄pter peccatū suū: sed nō me cōtristauit totalitē. q̄
licet in ip̄o p̄pter peccatū habuerim tristitiā: tamē in vo-
bis p̄pter multa bona q̄ facitis et in ip̄o p̄pter penitentiam
am quā fecit habeo gaudij. Et dico ex pte vt nō onerem
omnes vos id est vt non iponā vobis hoc onus q̄ sc̄licet
cōtristaueritis me. **S**z ne isti p̄pter tristitiā apli aduc-
vellent cū magis punire ostendit eis penā sufficientē fuit
se dicens Sufficit illi qui eiusmodi est q̄ sc̄z tristat me
tam grauitur peccando: obiurgatio q̄ fit a pluribus id est
tam manifesta et dura correctio sc̄licet q̄ separāt fuit ab
omni cōmuniōe id est excoicatus ab ecclia et traditus sa-
thane vt habet. 1. cor. 5. **E**t ergo sufficiens hec pena p̄-
pter dictas causas. **M**e potest dici sufficiens nō q̄tum ad
dei iudiciū sed q̄tum expediebat t̄pi et p̄sone. **M**eli? em̄ est
sic seruare lenitatis sp̄ritū in corrigendo: vt per penitentiā
correctionis fructus sequat. q̄ si durius corrigat et despe-
ret peccās. et maiorib? pctis imergat. Et ideo dicit **E**cc̄.
21. **O**biurgatio et iniurie annullabūt substantiā. **Q**uia er-
go pena sufficiens fuit et penitentiā egit. ideo consequen-
ter inducit eos ad obseruantiam huius monitiōis ibi.
Propter q̄d et. Dicit ergo p̄mo. **D**ico q̄ sufficiens p̄ca
est illi. et int̄m̄ vt velim vt ecōtrario magis donetis id est
remittatis. **L**uc. 6. **D**imitte et dimitteur vobis. **E**ph.
4. **D**onantes inuicē sicut et deus in xp̄o donauit vob. Et
non solū donetis sed q̄ plus est. consolemini. et hoc p̄po-
nendo sibi exempla peccantiū qui restituti sunt ad statum
gratie. sicut dicitur de dauid. petro. paulo. et magdalena.
et per verba dei. **E**ze. 18. **H**olo mortem peccatoris et. 1.
thef. vlti. **C**orripite inquietos. cōsolamini pusillanimes
et. **R**ationem autē bulus ammonitiōis subdit. **M**e for-

in epistolā II ad Corinthios II

te abundantiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est. **Alia** quis enim propter peccatum et penam peccati aliqui sic mergit tristitia quae absorbet: dum nullam habet consolatorum et hoc est malum. quia non sequitur ex hoc penitentiae fructus qui speratur scilicet correctio sed potius desperatio tradit se omnibus peccatis sicut cayn cui dixit. **Maiores** est iniquitas etc. **Gen. 4.** Et ephe. 4. **Qui** desperantes tradiderunt se etc. Et propter hoc dicit. 2. reg. 2. quod periculosa res est desperatio. **Et** ideo dicebat dauid in psal. **Neque** absorbeat me etc. **Et** ideo ne hoc contingat dicit. **Consolesmini** ut scilicet cesset a peccato. **Esa. 27.** **Hic** est omnis fructus ut auferat peccatum. **Contra** apostolus non solum pro ratione sed et alijs causis inducit eos ad hoc cui dicit. **Propter** quod obsecro etc. **Et** inducit eos a tribus. **Primo** precibus dicit: **Propter** quod se ne absorbeat obsecro qui possit percipere. **Phylem.** **Multa** fiducia habes in christo iesu sperandi tibi etc. **Contra** rium faciunt mali plati. **Eze. 34.** **Cum** austeritate imprecabatur eis etc. **Et** firmetis in illi charitate. **Quod** si si offenditis charitatem vestram ad eum et non abominamini eum propter peccata nec contemnitis. sed propter consolationem vestram facitis eum habere odium peccati sui et diligere iustitiam. **Luc. 22.** **Et** tu conuersus confirma fratres tuos etc. **Secundo** precepto dicit. **Ideo** enim scripsi hoc scilicet ut cognoscatis experimentum vestrum an in omnibus obedientes sitis. **Et** dicit in omnibus scilicet siue in his que placet vobis. siue in his que displicent. **Primo** enim mandauerat eis quod excommunicarent eum et illi secum mandatum apostoli. **nunc** vero secundo mandat eis quod peccant. **Et** ideo dicit. **An** in omnibus obedientes sitis. **Tertio** ex commemoratione bene scitis cum dicit. **Cui** autem etc. **Quasi** dicat. vos debetis hoc facere quia etiam ego feci. **Si** enim vos remisistis alicui et rogastis me quod ego remittere et ego remisit. **Et** hoc est quod dicit. **Cui** autem aliquid donastis vos et ego scis. **Donauit**. **Et** hoc patet. **Quia** enim ego quod donauit etc. **Ubi** quattuor rationes dantur ad huiusmodi donationem seu remissionem necessaria. **Primum** est discretio ut scilicet non passim et temere remittatur. **Et** ideo dicit. **Si** quid indebito modo. **perb. 4.** **Palpebrae** tuae praecedant etc. **Secundum** finis quod non propter amorem vel odium debet fieri. sed propter utilitatem aliquam ecclesiae vel aliquorum. **Et** ideo dicit. **Propter** vos. **Tertium** est auctoritas. quia non debet fieri auctoritate propria sed christi qui remittit peccata auctoritate: alij vero quibus commisit sum est ministerio et sicut membra christi. **Et** ideo dicit in prologo christi scilicet non mea auctoritate. **Et** tamen quod cum quod remittitur christus remittit. **Johan. 20.** **Quorum** remisistis peccata etc. **Quartum** est necessitas. **Unde** dicit. **Et** non circumueniamur a sathana. **Sathana** enim multos decepit quosdam scilicet trahendo ad peccatorum peccationem. quosdam vero ad nimiam rigiditatem contra peccantes. ut si non potest eos habere per peccationem facinororum saltem non potest eos iam habere per peccatorum austeritatem qui eos non misericorditer corrigentes in desperationem inducunt. **Et** sic et hos non potest et illos sathanae laqueus includit. **Ecc. 7.** **Noli** esse nimis iustus. **1. Pe. 5.** **Aduersarius** vester sathana etc. **Et** hoc contingeret nobis si non remittamus peccantibus. **Et** ideo ut non circumueniamur a sathana ego donauit si quid donauit. **Non** enim ignoramus cogitationes eius scilicet sathanae. verum est in generali. sed in speciali nullus potest scire eius cogitationes nisi solus deus. **Job. 41.** **Quis** reuelauit faciem indumenti eius etc.

Lectio tertia.

Quoniam venissem autem troadem propter euangelium christi. et ostium mihi apertum esset in domino: non habui requiem spiritui meo eo quod non inuenerim titum fratrem

meum: sed valefaciens eis profectus sum in macedonia. Deo autem gratias qui semper triumphat nos in christo iesu et odore noticiae suae manifestat per nos in omni loco: quia christi bonus odor sumus. deo in his qui salui fiunt. et in his qui pereunt. Alij quidem odor mortis in morte. alij autem odor vite in vitam. Et ad hoc quis tam idoneus? Non enim sumus sicut pluri mi adulterantes verbis dei sed ex sinceritate sicut ex deo coram deo in christo loquimur.

Posita prima causa sine dilationis ne scilicet eorum tristitia iret ad eos: hic ponit causam secundam que est ex fructu quem alicubi faciebat. **Et** circa hoc duo facit. **Primo** ponit sui itineris processum. **Secundo** ipsius processum effectum ibi. **Deo** autem gratias etc. **Circa** primum duo facit. **Primo** ostendit impedimentum fructificandi quod habuit in troade. **Secundo** subiungit processum suum in macedonia ibi. **Sed** valefaciens etc. **Dicit** ergo. **Cum** venissem troadem propter euangelium id est ad predicandum christum. **Job. 15.** **Posui** vos ut eam etc. **Et** ostium mihi apertum esset id est mentes hominum parare et disposite essent ad recipiendum predicationis verba et christum. **1. cor. 16.** **Ostium** mihi apertum est etc. **Apoc. 3.** **Ecc** ostium ad ostium etc. sed non in quocumque: imo in domino. quod ipsa preparatio mentis humane est ex virtute diuina. **Haec** licet facilitas qua mentes preparantur sit causa conuersionis tamen ipsius facilitatis et preparationis causa est deus. **Tren. vi.** **Conuerte** nos domine ad te et conuertemur. **Cum** inquit ita esset apertum mihi ostium in domino non habui requiem spiritui meo id est non potui facere quod spiritus meus volebat id est dicebat. **Tunc** enim dicitur habere spiritum re quem quando efficit quod vult. sicut tunc dicit caro requiescere quando habet quod concupiscit. **Luc. 12.** **Anima** mea habes multa bona etc. **Apostolus** non dicit. non habui requiem carni mee vel corpori sed spiritui meo id est voluntati mee spirituali: que est ut christum firmem in cordibus hominum. **Et** ipse dicitur videbat corda parata et disposita et non poterat predicare. **Sed** quare non habuit requiem spiritui suo subdit. **Et** quod non inueni titum fratrem meum id est propter absentiam titi. et hoc duplici de causa. **Una** causa est quod licet apostolus sciret omnes linguas ita ut diceret. **Gratias** ago domino quod omnium vestrum lingua loquor: tamen magis expedius et edocui erat in lingua hebraea quam in greca. **Tit** autem tamen magis in greca. **Et** ideo volebat eum habere praesentem ut predicaret in troade. **Et** quia erat absens. nam corinthios detinuerant eum: dicit. **Non** habui requiem spiritui meo. sed quia dona dei non sunt imperfecta et donum linguarum fuit specialiter apostolis collatum ad predicandum per totum mundum per. **In** omnem terram exiit sonus eorum etc. **Et** ideo alia causa est melior que est quod apostolo iminebant in troade multa facienda. **Haec** enim ex vna parte iminebat ei predicare his qui parati erant recipere christum per fidem. ex alia parte iminebat ei resistere aduersariis qui impediebant. et ideo quia ipse non poterat solus ista facere angustiabat de absentia titi qui inisset predicationi et conuersioni bonorum et apostolus restitisset aduersariis. **Et** specialiter etiam hoc scribit eis ut inueniat quod non solum prima causa dilationis sue fuit ex eis. sed etiam secunda. **Haec** ipse propter duriciam et dissensionem eorum detinuerat tanto tempore titum. et ideo dicit. **Et** quod non inueni titum fratrem vel in christo. vel coadiutorem per uer. 18. **Frater** qui inuenitur a fratre etc. **Et** quia non inueni titum in troade non remansi ibi. sed valefaciens eis qui erant conuersi et in quibus hostiam apertam erat profectus sum in macedonia ubi credebam eum inuenire. **Causa**

Explanatio sancti Thome

autem essendi in macedonia legitur act. 16. vbi dicitur qd vir macedo etc. Consequenter cu dicit Gratias autem deo etc. Poniit profectus sui processus. Et circa hoc duo facit. Primo enim describit ordinem sui processus. Secundo excludit ab isto processu pseudo apostolos ibi. Ad hoc quis tam idoneus etc. Circa primum duo facit. Primo in sinuat profectum quem faciebat. Secundo exponit quoddam quod dixerat ibi. Christi bonus odor etc. Circa primum sciendum qd apostolus profectum et fructum quem faciebat non attribuit sibi neq; pprie virtuti sed deo. 1. cor. 15. Abundantius omnibus laboranti non ego sed gratia etc. Et ideo dicit Gratias autem deo scy ago. 1. thes. 5. In omnibus gratias agite. Ephe. 5. Gratias agentes etc. Qui temp triumpbat in christo iesu id est triumphare nos facit in predicatione christi contra aduersarios. Vbi sciendum est qd predicatores veritatis duo debent facere scilicet exhortari in doctrina sacra. et contradicentem deuincere. et hoc dupliciter. v. disputacione hereticos. patientia vero persecutores. Unde per ordinem ista tangit hic apostolus. et ideo dicit Qui triumphat nos qrtum ad contradicentes. Rom. 8. In his omnibus superamus. Et. 1. macha. 2. Non in fortitudine exercitus victoria belli sed d celo etc. Et odor noticie sue manifestat per nos in omni loco. qrtum ad exhortationem sacre doctrine. Sed odorem noticie sue expoit glo. id est filium suum. sed melius est vt hoc dicat ad differentiam noticie de deo qua faciunt alie scientie et qua facit filius deus. Nam noticia de deo que habetur per alias scientias illuminat intellectum solum: ostendens qd deus est causa prima: qd est vnus et sapiens etc. Sed noticia de deo que habetur per fide et illuminat intellectum: et delectat affectum. quia non solum dicit qd deus est prima causa. sed qd est saluator: noster. qd est redemptor. et qd diligit nos. et qd incarnatus pro nobis que omnia affectum inflamant. Et ideo dicitur qd odorem noticie sue id est noticiam suam suauitatis credenti per nos in omni loco manifestat. quia iste odor longe lateq; diffunditur. Eccl. 2. 4. Ego quasi vitis fructificauit etc. Gen. 2. 7. Ecce odor filij mei etc. Quia vero aliqui possunt dicere quid est odor dei in omni loco. none multa loca sunt in quibus non recipitur predicatio nostra. ideo apostolus exponit dicens. Non curo quia siue recipiant predicationem siue non. tamen noticia dei manifestatur vbi: qd per nos. quia sumus boni odor christi deo id est ad honorem dei. et loquitur ad similitudinem legis vbi dicitur qd sacrificium fiat in odorem suauitatis suauissimi deo. quia si dicat Nos sumus holocaustum quod offertur deo in odorem suauitatis. Et tam in his qui salui sunt vt scilicet non pereant quod est eis a deo. qd in his qui pereunt quod est eis ex seipsis. Unde Osee. 13. Perditio tua israel ex te etc. Sed est ne odor bonis et malis eodem modo: Non. sed aliter quidem est odor mortis in morte id est inuidie et malicie occasionaliter ducentis eos in mortem eternam illis scilicet qui inuidebant bone fame apostoli et impugnabant predicationem xpi et conuersionem fidelium. Luc. 2. Prostratus est hic in ruina et in resurrectione etc. Alijs aut odor vite dilectionis et bone opinionis ducentis eos in vitam eternam scilicet illis qui gaudent et conuertunt ad predicationem apostoli. 1. cor. 1. Verbum crucis percutitibus etc. His autem qui salui etc. Sic ergo ex odore apostoli boni viuunt: mali moriuntur. sicut legitur qd ad odorem vinearum serpentium moriuntur serpentes. Consequenter cum dicit Sed ad hec quis tam idoneus etc. excludit ab isto processu pseudo apostolos dicens: Quis est tam idoneus ad ista scilicet que nos apostoli veri facimus? Quasi dicat. Nullus. ps. 138. Mis honorati sunt amici tui deus. Et contra proter. 2. 7. Laudet te alienus etc. Ad hoc respondet greg. super ezech. qd sancti duplici ex causa seipos lau-

dant et non propter gloriam suam et vanitatem. Prima causa est vt non desperent in tribulationibus sicut Job quam do amici nitebantur eum ad desperationem inducere rediit ad memoriam bona sua que fecerat. vt confortatus non desperaret. Unde dicebat. Depigi fedus cum oculis meis etc. Legitur etiam de quodam sancto patre qd quando reprobatur de desperatione reducebat ad memoriam bona que fecerat vt confortaret. quando reprobat de supbia reducebat ad memoriam mala vt humiliaretur. Secunda causa est propter vtilitatem vt scilicet haberetur in maiori fama et citius crederetur doctrine sue. Et propter hac causam hic apostolus laudat se Nam corinthi preferrebant sibi pseudo apostolos et condempnabant eum. et ideo non sic obediebant sibi. Et ergo non vilipenderent eum sed obedirent sibi sicut se eis et laudat se et dicit. Sed ad hec quis tam idoneus sicut nos: non pseudo. quia licet ipsi predicent tamen adulterant verbum dei quod nos non facimus. Unde de dicit. Non sumus sicut plurimi scilicet pseudo adulterantes verbum dei admiscendo contraria sicut heretici qui licet confiteantur christum: tamen non dicunt eum esse verum deum. sic faciunt pseudo qui dicunt eum euangelium debere obseruari legalia. Item non adulterantes verbum dei id est predicantes vel propter questum vel propter fauorem laudis. Sic enim mulieres adultere dicunt quando recipiunt semen ex alio viro ad propagationem prolis. In predicatione autem semen nihil aliud est qd finis seu intentio tua vel fauor glorie proprie. Si ergo finis tuus est questus si intentio tua est fauor glorie pprie adulteras verbum dei. Hoc faciebant pseudo qui propter questum predicabant. infra. 4. Neq; adulterantes verbum dei etc. Apostoli autem predicabant neq; propter questum neq; propter gloriam propriam. sed propter laudem dei et salutem. primi. Et ideo subiungit. Sed ex sinceritate id est sincera intentione non pro questu et sine admixtione corruptionis. s. 1. Ex sinceritate etc. Poniit autem triplicem rationem huius sinceritatis. Prima ratio sumitur ex dignitate mittentis. Amicus enim veritatis decet vera loqui. Et ideo dicit ex deo id est illa sinceritate que est digna nuncio dei. 1. Pe. 4. Si quis loquitur quasi sermoes dei. Secunda sumit ex auctoritate presidentis cui asat. Ideo dicit. Cora deo cora qd ex sinceritate loqui debemus. 3. reg. 17. Quiit dominus in cuius conspectu sto etc. Tercio sumit ex dignitate materie de qua loquitur. Nam predicatio apostolorum est de christo. et ideo debet esse sincera sicut et ipse deus et christus. Et ideo dicit. In christo solum. non de legalibus vt pseudo faciunt. 1. cor. 2. Neq; existimauit me scire aliquid inter vos nisi christum et hunc crucifixum.

Incipit capitulum tertium.

Incipimus iterum nosmetipsos commendare. Aut nunquid egem? sicut quidam commendaticis epistolis ad vos aut ex vobis Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris que scitur et legitur ab omnibus hominibus manifestati: quonia epistola est christi ministrata a nobis et scripta non atramento sed spiritu dei viui: non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carnalibus. Fiducia autem tales habemus per christum ad deum. non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est.

in epistolā II ad Corinthios III

Postquam apostolus suam excusationem posuit in qua benevolentiam captavit auditorum: hic consequenter persequitur suam intentionē scilicet tractās de ministris noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primo enim cōmendat dignitatē bonorum ministrorum. Secundo vero exaggerat malitiā malorum ministrorum et hoc a. r. cap. et deinceps. Circa primum duo facit. Primo enim cōmendat ministeriū noui testamenti. Secundo cōmendat vsus huius ministerij in alijs exhortando eos ad hoc ubi vsj. cap. Adiuuātes autem et c. Primo cōmendat huiusmodi ministeriū noui testamenti ex tribus. ex dignitate. ex vsu. cap. 4. ubi. Ideo habentes et c. et ex premio. 5. cap. ubi. Scimus autē quā si et c. Circa primum duo facit. Primo remouet quāsdā obiectiōes. Secundo cōmendat ministeriū noui testamenti ubi. Qui et idoneos nos fecit et c. Circa primum sciendū est quod apud istos cōmendare ministrum noui testamenti ipse erat vnus. et ideo ne corinthij obijcerent sibi quod in hoc vellet cōmendare seipsum statim excludit dicens. Incipimus et c. ubi duo facit. Primo mouet quāstionē. Secundo rōdat ubi. Aut nunquid et c. Questio sua talis est. Dico quod non sumus adulterantes verbū dei sicut pseudo: sed ex sinceritate sic ex deo. Sed nunquid hoc dicendo: Incipimus itē nos cōmendare id est dicimus ista ut velimus nostrā gloriā querere et non dei. Et dicit itē. quod in epistola prima cōmendauerat se factū cū dixit. Et sapiens architectus et c. Non ergo hoc dicimus ut queramus gloriā nostrā sed dei puerb. 27. Laudet te alienus et c. Huic autē quāstioni respondet cū dicit. Aut nunquid egemus et c. Et ostendit quod non libenter cōmendat se. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod non indiget cōmendatiōe hominum. Secundo quod nec etiam hoc requirit ipse ab eis ubi. Fiducia autē tales et c. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod non indiget cōmendatiōe eorum ad gloriā propriam. Secundo huius causam assignat ubi. Epistola nostra vos estis et c. Dicit ergo Dico quod non incipimus cōmendare nosmetipsos. quod non indigemus cōmendatiōe. Et hoc est quod dicit. Aut nūquid egemus nos veri ministri sicut quidam scilicet pseudo cōmendatiōis epistolis id est laudibus missis ad vos ab alijs aut ex nobis alijs missis. Sed contra collo. 4. dicitur. Marcus consobrinus barnabe de quo accepistis mandatū et c. Etiam legati pape semper portant litteras cōmendatiōis. Non est ergo malū. Responso dicendū quod accipere litteras huiusmodi a personis famosis vel solus per illas cōmendat et honorent quousque ipsi ex bonis operibus suis veniant in notitiā: hoc non est malū. et hoc faciunt legati pape. Apostolus vero ita iam erat notus et cōmendatus apud istos per opera sua: quod non indigebat litteris cōmendatiōis. Et ideo statim causā huius assignat subdit. Epistola nostra vos estis. Quasi dicat. Ego habeo bonas litteras non indigeo alijs. et ideo circa hoc duo facit. Primo enim ostendit que sit illa littera quā habet. Secundo exponit hoc idē ubi Manifestati et c. Circa primum duo facit. Primo ostendit que sit illa littera. Secundo ostendit eam esse sufficientē ad cōmendatiōem propriā ubi. Scripta et c. Dicit ergo sic. Epistola nostra vos estis. id est epistola per quā manifestatur dignitas nostra: qua nos cōmendamur ita ut epistolis alijs non indigemus. 5. 2. Gloria nostra vos estis. Gal. 4. Filioli mei quos iterū parturio et c. Et hęc epistola ē ne sufficiēs? Ita: quia scripta et c. ubi duo tangit. sufficientiam litterarum huiusmodi causatiā. Unū est quod intelligatur et sciatur ab eo pro quo mittitur. alias adhuc quereretur nisi sciret se eam habere. Et quod ad hoc dicit Scripta in cordibus nostris. quia semper vos habemus in memoria: habentes de vobis specialē curā. Phil. 1. Et quod habeam vos et c. Secundo est quod ille cui mittitur legat et sciat eam. alias non curaret de cōmendatiōe eius

Et quod ad hoc dicit. Que scitur et legitur ab omnibus hominibus. Nostra inquit. quia per nos instruitis estis et cōuersi. Legitur autē quia exemplo nostri etiā alij imitantur vos. Aba. 2. Scribe visum et explana eū super tabulas: ut percurrat quod legerit eum. Quomodo autē scitur hec epistola exponit dicens: Manifestati et c. Et circa hoc tria facit. Primo exponit cuius sit hec littera. Secundo quomodo sit scripta. et tertio in quo. Cuius autē sit sic ostendit quia xpi. Et ideo dicit Manifestati quoniam estis xpi id est a christo informati et instructi scilicet principaliter et auctoritative Mar. 23. Unus est magister vester. Sed a nobis secundario et instrumentaliter. Et ideo dicit. Ministri strata a nobis. 1. cor. 4. Sic nos existit homo et c. 1. cor. 3. Quid igitur cephas et c. Quomodo autē sit scripta ostendit quod non atramento id est non admixta erroribus sic pseudo. non mutabilis et imperfecta sicut vetus lex quia neminem ad perfectum adduxit. Heb. 7. Nam atramentū nigrum est per quod intelligitur error et delectabile per quod intelligitur mutabilitas. Non inquit atramento est scripta sed spiritu dei viui id est spiritu sancto quo viuistis et quo docente instructi estis Ephe. 1. In quibus signati estis et c. ubi autem sit scripta insinuat subdens. Non in tabulis lapideis sicut lex vetus: ut excludat duriciē. Quasi dicat. Non in lapideis cordibus habentibus duriciē sicut iudei. Act. 7. Dura cernice et c. Sed in tabulis cordis carnalibus id est in cordibus lautis ex charitate. et carnalibus id est mollibus ex affectu implendi et intelligendi Ezechie. 36. Auferam a vobis cor lapideū et c. Fiducia autē talē et c. Apostolus supra excusauit se quod non querebat gloriā suam quia non indigebat ea: hic vero probat hoc quia ipse non querit gloriā propriam. imo omnia bona que facit non attribuit sibi sed deo. Et circa hoc duo facit. Primo enim attribuit omnia bona que habet et facit deo. Secundo causam huius assignat ubi. Non quod sufficientes et c. Dicit ergo primo Dico quod non egemus epistolis cōmendatiōis. et quod vos estis epistola nostra ministrata a nobis. Nec etiā querimus gloriā nostrā sed christi. et fiduciā talē id est dicendi talia. Habemus ad deum id est referimus in deū et fiduciam tendentē in deū ex cuius viribus hoc dico. quia ipse in me operatur. quā quidem fiduciā habemus per christum per quem accessus habemus ad patrem ut dicitur Romano. 5. Qui vult nos deo. Iere. 17. Benedicite vir et c. Et quia vultus deo per christum habeo hanc fiduciam. ps. Fiducialiter agam et c. Causa autē huius fiducie est quia quicquid ego facio etiam ipsum principij operis deo attribuo. Et ideo dicit. Non quod sufficientes sumus cogitare saltem non solum dicere vel implere. Nam in quo liber processu operis primo est assensus qui fit cogitando deinde collatio per verbū et postmodum impletio per opus. unde fit ut si nec cogitare quis a se habeat sed a deo. non est dubium quod non solum perfectio operis boni est a deo: sed etiā inchoatio. Phil. 1. Qui cepit in vobis opus bonū et c. Et hoc est contra pelagianos dicentes quod inchoatio boni operis est ex nobis sed perfectio est a deo. Esa. 26. Omnia opera nostra et c. Sed ex hac ne videatur tollere libertatem arbitrij dicit. A nobis quasi ex nobis. Quasi dicat. Possum quidem aliquid facere quod est liberi arbitrij. sed hoc quod facio non est ex me: sed a deo. qui hoc ipsum posse cōfert ut sic et libertatē hominis defendat cum dicit A nobis id est a nostra parte. et diuinam gratiam cōmendat cum dicit Quasi ex nobis scilicet procedat sed a deo. Hoc etiā philosophus vult quod nunquid homo per liberum arbitrium potest quoddam bonum facere sine adiutorio dei. Et ratio sua est. quia in his que facimus querendum est illud propter quod facimus. Non est autē procedere in infinitum sed est deuenire ad aliquid puta ad cō-

Explanatio sancti Thome

Alium Sic ergo hoc bonum facio quia consiliu[m] mihi in est ad hoc. et hoc est a deo. Unde dicit q[ue] consiliu[m] bonu[m] ni est ab aliquo quod est supra hominem mouens eu[m] ad bene operandu[m] Et hoc est deus qui et homines mouet et omnia que agunt ad actiones suas. sed aliter et aliter Cum eni[m] huiusmodi motus sit quoddam receptu[m] in motu. oportet q[uo]d hoc fiat s[ecundu]m modu[m] sue nature id est rei motu. Et ideo omnia mouet s[ecundu]m suas naturas. Ea ergo quorum natura est vt sint libere voluntatis dominium suar[um] actionum habentia mouet libere ad operationes suas sicut creaturas rationales et intellectuales. Alia aut[em] no[n] libere sed s[ecundu]m modu[m] sue nature. licet autem non sint sufficientes cogitare aliquid a nobis tanqu[am] ex nobis. tamen habent aliquam sufficientiam qua scilicet bonu[m] possumus velle et credere incipiamus. et hoc a deo est. 1. cor. 4. Quid habes quod non accepisti etc.

Lectio secunda.

Qui et idoneos non fecit ministros noui testamenti. non littera sed spiritu. Littera enim occidit. spiritus autem viuificat. Et si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus: fuit in gloria: ita vt non possent intendere filij israel faciem moysi propter gloriam vultus eius que euacuatur. quod non magis ministratio spiritus erit in gloria. Nam nec glorificatu[m] est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriam est: multo magis quod manet in gloria est.

Commendato ministerio noui testamenti hic consequenter commendat ministros eius. Et primo ponit duo que respondent verbis premisis. Preinsurat enim donum a deo acceptum cum dixit. Sufficientia nostra etc. Et si ad uociam ex dono conceptam cum dixit. Fiduciam tale[m] etc. Primo ergo determinat ea que pertinent ad donu[m] per acceptum. Secundo ea que ad fiduciam conceptam ibi. Habentes igitur talem etc. Circa primu[m] tria facit. Primo ostendit donum a deo susceptu[m] scilicet ministeriu[m] noui testamenti. Secundo describit nouum testam[en]tu[m] ibi Non littera sed spiritu. Tertio ex dignitate noui testamenti ostendit dignitate[m] ministrorum eius ibi. Si ministratio etc. Dicit ergo. Dico q[uo]d sufficientia n[ost]ra ex deo est. qui et fecit nos idoneos ministros noui testamenti. Esa. 61. Ministri dei nostri dicetur vobis. Et in hoc testimonio locum angelorum. ps. Qui facit angelos etc. Sed non solum fecit nos ministros sed id[em] eos. De[us] eni[m] cuius bet rei d[at] ea per que possit consequi p[er]fectione[m] sue nature. Unde quia deus constituit ministros noui testamenti dedit et eis idoneitatem ad hoc officiu[m] exercendu[m]: nisi sit impedimentu[m] ex parte recipientiu[m]. 2. Et ad hec q[ue] tam idoneus scilicet sicut apostoli a deo instituti Hoc autem nouum testam[en]tu[m] quid sit describit subdens: Non littera etc. Et describit ipsum quum ad duo scilicet quatuor ad illud in quo consistit et quum ad causam propter quas datum est ibi. Littera eni[m] occidit etc. Circa primu[m] sciendum est q[uo]d apostolus loquitur profunde. Dicitur enim Je. 31. Seruam domui israel et domui iuda sedus nouu[m] non s[ecundu]m pactu[m] quod pepigi cum patrib[us] vestris. Et post Habo legem meam in visceribus eor[um]. et in corde eor[um] scriberam eam etc. Vetus ergo testam[en]tu[m] scribitur in libro postmodum sanguine aspergendo vt dicitur heb.

9. Accepit sanguinem et asperxit librum etc. Dicens hie est sanguis etc. Et sic patet q[uo]d vetus lex est testam[en]tu[m] littere. sed nouum testam[en]tu[m] est testam[en]tu[m] spiritus sancti quo charitas dei diffunditur in cordibus nostris. vt dicitur Romano. 5. Et sic d[omi]n[u]s spiritus sanctus facit in nobis charitatem que est plenitudo legis est testam[en]tu[m] nouu[m] no[n] littera id est per litteras scribendu[m]. sed spiritu id est per spiritum qui viuificat. Romano. 8. Lex spiritus vite id est viuificantis. Causa aut[em] que daturum sit nouum testam[en]tu[m] per spiritum. subditur. Quia littera occidit occasionaliter. Nam littera legis d[at] solum cognitio[n]em peccati. Romano. 3. Per legem eni[m] cognitio peccati. Et hoc autem q[uo]d cognosco peccatum solum duo sequuntur. Nam lex d[omi]n[u]m per eam cognoscitur non reprimat concupiscentia[m] sed magis occasionaliter auget in qua[m] concupiscentia feruentius fertur in rem prohibita[m]. An de huiusmodi cognitio non d[omi]n[u]m destructa causa concupiscentie occidit. hinc vero addit preu[en]tione[m]. Nam grauius est peccare contra legem scripta[m] et naturalem sicut q[uo]d contra legem naturalem solum. Romano. 7. Occasione accepta non d[at] peccatu[m] etc. licet aut[em] occasionaliter occidat in quatuor scilicet auget concupiscentia[m] et addit preu[en]tione[m] non tamen est mala lex vetus. quia ad minus prohibet mala. Et tam[en] imperfecta in qua[m] non remouet causas. Est ergo lex sine spiritu interius spiritus legem in corde occasio mortis. Et ideo necessariu[m] fuit dare legem spiritus qui charitatem in corde faciens viuificat. Job. 6. Spiritus est qui viuificat. Consequenter ex his ostendit dignitate[m] sui ministerij. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q[uo]d ministeriu[m] noui testamenti preferatur ministerio veteris testamenti. Secundo q[uo]d non solum preferatur. sed q[uo]d ministeriu[m] veteris testamenti quasi nihil habet de gloria in co[m]paratione ad nouum ibi. Nam nec glorificatu[m] etc. Circa primu[m] duo facit. Primo ostendit q[uo]d ministeriu[m] noui testamenti preferatur veteri. Secundo rationem huius assignat ibi. Nam si ministratio etc. Circa primu[m] sciendum est q[uo]d apostolus argum[en]ta[m] ex hoc quod habetur Exod. 24. Vbi littera n[ost]ra habet q[uo]d moyses habebat facie[m] comuta[m] ita q[uo]d non possent etc. Alia littera habet facie[m] splendendam quod melius dicitur. Non enim intelligendu[m] est cu[m] habuisse cornua ad litteram sicut quidam eu[m] pingunt. sed dicitur cornua propter radios suos qui videbantur esse quasi quedam cornua. Arguit autem ex hoc sic. Et primo per vnum simile et est locus a minori. Constat enim q[uo]d si aliquid quod minus est habet aliquid de gloria q[uo]d multo magis illud quod est maius. Sed vetus testam[en]tu[m] est minus q[uo]d nouum cum ergo illud fuerit in gloria ita vt non possent etc. videtur q[uo]d multo magis nouum est in gloria. q[uo]d autem vetus testam[en]tu[m] minus sit nouo. probat tripliciter. Primo q[uo]d effectum. quia illud est testam[en]tu[m] mortis istud vite vt dicitur etc. Et quantum ad hoc dicit q[uo]d si ministratio mortis id est vetus que est occasio mortis. et hoc respondet ei quo dicitur littera occidit etc. Secundo quantum ad modum tradendi quia vetus fuit tradita litteris in tabulis lapideis. noua vero fuit impressa spiritu in cordibus carnalibus. et hoc innuit cu[m] dicit. Litteris deformata id est perfecte formata in lapidibus id est in tabulis lapideis. Et hoc respondet ei quo dicitur Non littera sed spiritu etc. Tertio quantum ad p[er]fectionem. quia gloria veteris testamenti sine fiducia est. quia neminem ad perfectum adduxit lex. In nouo vero est gloria cu[m] spe melioris glorie scilicet sempiternae. Esa. 51. Salus mea in sempiternum erit. Et hoc innuit cu[m] dicit. Que euacuatur. Gal. 5. Quod si circumcidimini christi[n]i nihil etc. Conclusio ponitur cu[m] dicit. Quod non magis. quod planu[m] est

in epistolā II ad Corinthios III

Horum autē rationē assignat consequenter cū dicit. **Nā** si ministratio. *zc.* Et est ratio sua talis. Gloria magis de betur iusticie q̄ dānationi: sed ministeriū noui testamen ti ē ministeriū iusticie quia iustificat interius uiuificando. Ministeriū autē veteris testamenti est ministeriū dānati onis occasionaliter supra eodē. **L**itera occidit: spiritus autē uiuificat. **Cū** ergo ministratio dānationis. i. mini stratio veteris testamenti que occasionaliter est cā dāna tionis ut dictum est: tē in gloria que apparuit in facie moysi: constat q̄ multo magis abundat in glia id ē dat abundantē gloriā ministris eius ministeriū iusticie. id ē noui testamenti per q̄ dat spiritus per quē ē iusticia et cōsumatio virtutum. **P**rouer. 3. **S**apientes gloriā possi debunt. **C**onsueuerit in hoc loco fieri questiones de cō paratione moysi et pauli. sed sit recte cōsiderē verba apli nō sunt necessaria quia hic nō sit cōparatio persone ad p sonā s; ministerij ad ministeriū. **¶** **S**3 quia possent pseu do dicere q̄ licet maius ministeriū sit noui testamenti q̄ ministeriū veteris testamenti nō tñ est multū magis et iō bonū ē q̄ illi ministerio et isti intendam quod et faciebāt q̄ simul seruabāt legalia cum euangelio. **I**deo hic con sequenter apls hoc improbat cū dicit. **N**am nec gloriifi catum *zc.* Et circa hoc duo facit. **P**rimo enim ostendit q̄ ministeriū noui testamēti absq; aliqua comparatione excedit ministeriū veteris. **S**ecūdo cām huius assignat ibi. **S**i enī qd euacuat. **D**icit ergo. **D**ixi q̄ ministerium iusticie abundat in gloria. et in tantū q̄ gloria veteris mis nisterij nō ē dicenda gloria q̄ nec glorificatū. *zc.* qd dū pliciter exponit. **P**rimo modo sic. **Q**uia nec. *zc.* i. illa gloria nihil ē in comparatione ad istam noui testamenti quia illa gloria nō ē obus ministriū collata. sed solū moysi. et nō claruit in toto moysi sed in parte. i. in facie solū particulariter. **E**t iō nec glificatū. *zc.* i. nec glorificari debet propter excellentē gloriā. i. cōparatione excellen tis glorie noui testamenti que abundat grā ut per eā pu rificati homines possent videre nō gloriā hominis: sed de i. **S**ecūdo modo ut punctet sic. **N**ec gloriificatū ē qd claruit. **Q**uasi dicit. **Nā** in hac pte. i. in respectu huius nature p ticularis qui sumus serui nō ē gloriificatū. i. nō gloriūm: illud qd claruit in veteri testamento et hoc ppter excellē tem gloriā que ē in nouo. quia illa ē gloria dei patris. **H**uius autē causam assignat consequenter cum dicit. **S**i enim qd euacuat *zc.* Et est ratio sua talis. **I**llud qd datur ut transeat nihil ē in respectu ad illud qd datur ut semp maneat. **S**i ergo testamentū veteris qd euacuat tollitur. p̄io **Coz.** 13. **C**um uenerit qd perfectū est euacuabitur. *zc.* **P**er gloriā eim moysi ministratū saltē per particularē gloriā constat q̄ testamētū nouū manet q̄ hic inchoa tur et perficitur in patria. **L**uc. 21. **C**elum et terra transi bunt: uerba autem mea non transibunt. **E**rit multo ma gis in gloria eterna in qua perficiet. **E**rit in q̄ nobis qui sumus huius ministri.

Lectio tertia.

Abentes igitur talem spem mul ta fiducia uitimur. **E**t non sicut moyses ponebat uelamen sup fa ciem suā ut non intenderent filij israel in faciē eius qd euacuatur sed obtusi sunt sensus eorum. **¶** **U**sq; in hodiernū diem id ipsum uelamen in lectione veteris testa menti manet non reuelatū. quod in christo euacuatur. sed vsq; in hodiernū diem cū le

gitur moyses uelamen positum est sup cor eorum. **Cū** autē conuersus fuerit ad deum auferetur uelamen. **D**ominus autē spiritus est. **U**bi autē spiritus domini ibi libertas. **N**os uero omnes reuelata facie gloriā do mini specularantes in eandē imaginē trans formamur a claritate in claritate tanq̄ a do mini spiritu.

Postis his q̄ pertinent ad cōmēdatōnē donij percepti a deo: hic cōsequenter ponit ea q̄ p̄tinet ad cōmēdatōnēz fiducia de ipso dono cōceptā. **C**irca hoc autem duo facit. **P**rimo ponit fiduciā ex dono cōceptā. **S**ecūdo uero cōpa rat fiduciā veteris et noui testamēti. **I**bi. **E**t nō sicut moy ses. **D**icit ergo primo. **H**abētes igitur talē spem ex hoc. i. qd nobis dictū ē se3 uidentē gloriā dei. **R**o. 8. **S**pe salu ui facti sumus. **M**ulta fiducia uitimur. i. cōfidenter opa mur ea que p̄tinent ad vltimū huius ministerij ex quo cre scit nobis spes. **P**rouer. 28. **I**ustus quasi leo cōfidentē absq; terrore erit. **I**ere. 17. **B**enedictus uir qui cōfide in dño. **C**onsequenter sicut pretulit donū dono ita pre fert fiduciā noui testamēti fiducia veteris testamēti cum dicit. **E**t nō sicut moyses *zc.* **E**t circa hoc duo facit. **P**ri o pponit factū in veteri testamento. **S**ecūdo exponit ibi. **Q**uod euacuat. *zc.* **F**actum autē qd pponit legit **Exo.** 24. ubi dicit. **¶** **M**oyses quādo loquebat ad populū uelabat faciē suā q̄ ppter claritatē uultus ei' nō pote rant respicere in eum filij israel. **E**t ideo dicit. **E**t nō sicut moyses *zc.* quasi dicit. **D**ico q̄ uitimur fiducia et tanta q̄ nō accidit nobis sicut moyses faciebat eis. i. nō uelan do faciē suā populo: q̄ nō dum uenerat tempus reue landi claritatē ueritatis. **H**abem' ergo nos fiduciā abs q; uelamine. **C**ōsequenter exponit hoc qd dixerat de uelamine dicens. **¶** **Q**d euacuat *zc.* **U**elamē enī illd erat obscuritas figurarum que per xpm euacuata ē. **E**t circa hoc tria facit. **P**rimo enī ponit euacuationē huius uela minis. **S**ecūdo quomō hec euacuatio habet locū i iudeis ibi. **S**ed obtusi *zc.* **T**ertio quō nō habet locū in ministris noui testamēti ibi. **N**os uero reuelata *zc.* **D**icit ergo q̄ moyses ponebat uelamē. i. figure sup faciē suā. qd. i. ue lamen euacuat. i. tollit p xpm. i. implēdo in ueritate qd moyses tradidit in figura: q̄ oīa in figura contingebant illis. **S**ic enim xps per mortem suam remouit uelamen de occisione agni paschalis. **E**t iō statim cum emisit sp̄s uelamē templi scissum est. **I**tem in mittendo spiritū san ctum in corda credentium ut intelligerent spiritualiter quod iudei carnaliter intelligunt. **E**t hoc uelamē remo uit cum aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas. **L**uc. vl. **Q**ualē autē effectū habeat in iudeis hec euacuatio ostendit dicēne. **S**ed obtusi. *zc.* **E**t circa hoc duo fa cit. **P**rimo ostendit q̄ remotū ab illis non fuit in statu infidelitatis. **S**ecundo ostendit q̄ remouebitur in eorum conuersione. **I**bi. **C**um autem conuersus fuerit. *zc.* **C**ir ca primū duo facit. **P**ri o ostendit rōnem quare hec euacuatio nō habet effectum in iudeis. **S**ecūdo ex hoc ostendit eos adhuc habere uelamē ibi. **S**3 vsq; in hodiernū diē *zc.* **D**icit ergo q̄ euacuatur in his qui credunt: sed non quantū ad iudeos infideles: et nō hui' est: q̄ obtusi sūt sensus eoz. i. rō eoz bebes ē et sensus eoz imbecilles et obtusi sunt. nec p̄t videre claritatē dñi luminis. i. dñe ueritatis absq; uelamine figuraz. **E**t hui' rō ē q̄ claudunt oculos ut nō uideāt q̄ uelū tēpli scissus ē. **E**t ideo est ex eorum culpa infidelitatis non ex defectu ueritatis quia remoto uelamine oibus apertentib' oculos mentis

Exp[lanatio] sancti Thome

per fidē clarissime manifestatur. **Ro. 11.** Cecitas ex parte contingit in israel. **Jo. 9.** In iudiciū veni in hūc mundum. **2c.** Sic enim prophetauerat **Esa. 6.** cap. Ecceca cor populi huius. **2c.** Et vere in tantum obtusi sunt sensus eorum vt veritatem nobis manifestatā vsq[ue] in hodiernū diem non intelligant. Sed id ipsum velamen quod erat in veteri testamento anteq[uam] velum templi scissus eēt in lectione veteris testamenti: quia non aliter intelligit illud q[uod] ante quia adhuc innitunt figuris vt veritate nō reuelent. id est nō intelligant sic velamē dei non figuraz sed veritatem credunt quod scz enacuatur quantum ad fideles et quantum in se ē omnibus per xpm. i. in fide xpi: sed in eis nō manet: q[uod] nō credunt venisse xpm. **¶** Consequenter cū dicit. Sed vsq[ue] in hodiernū diē. **2c.** ostēdit quomodo adhuc apud iudeos est velamen quātum ad fideles licet remorū sit per christum. Circa quod sciendū est q[uod] velamen dicit apponi alicui dupliciter. Aut q[uod] apponitur rei vīse ne possit videri. Aut quia apponitur videntī ne videat: sed iudeis in veteri lege viroq[ue] modo appositū erat velamen. Nam et corda eoz exērata erāt ne cognoscerent veritatem p[ro]pter eoz duriciez: et vetus testamētū nōdum completū erat quia nondū veritas venerat. Unde in signum huius velamē erat in facie moysi et non in faciebus eozū sed veniente xpo velamen remorū est a facie moysi id ē a veteri testamento: quia iā impletum est: sed tamē non est remorū a cordibus eorum. Et hoc ē quod dicit. **Sz vsq[ue] in hodiernū diem.** Quasi dicat amorum est a fidelibus veteris testamenti velamē **¶** Sed adhuc cū legitur moyses. id est cum exponit eis vetus testamētū. **Act. 15.** Moyses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eū predicent in sinagogis. **2c.** Velamē. i. cecitas ē positū super cor eorum. **Ro. 11.** Cecitas ex parte cōtingit. **2c.** Quādo autē et quomodo remouet ab eis illud velamē: ostendit cōsequēter cū dicit. Cū autē conuersus. **2c.** Et primo describit modum remouendi hoc velamen. Secūdo rōnez huius redit ibi. **Dñs autē spiritus. 2c.** Dicit ergo q[uod] illud velamē adhuc est in eis sed nō q[uod] vetus testamētū sit velatū sed quia corda eoz velata sūt. Et ideo ad hoc vt remoueat nihil restat nisi q[uod] cōuertant: et hoc est q[uod] dicit. Cū autē conuersus fuerit scz aliquis eoz ad deū per fidez i xpm ex ipa conuersione auferetur velamē. **Esa. 10.** Reliquie conuertent. **2c.** Et hoc idem habet. **Roma. 11.** Et nota q[uod] cum ageret de cecitate loquit in plurali. Unde dicit. **Sup corda eoz: cū vero loquitur de conuersione loquitur in singulari dices. Cū autē conuersus vt ostendat eoz facilitatem ad malū et difficultatem ad bonum quasi pauci conuertant. Ratio autē quare cōuertant et velamē remouet hoc modo est: quia deus vult. Posset eū dicere q[uod] velamen illud appositū est ex precepto domini: et iō non potest remoueri. Sed apostolus ostendit q[uod] nō solum potest remoueri: imo quia remouet per eum qui ē dominus: et hoc est quod dicit. Dominus enī. **2c.** Ad potest dupliciter legi. **¶** Ino modo vt spiritus teneat ex parte subiecti: vt dicatur: spiritus. i. spiritus sanctus scz qui ē auctor legis est dominus id est operatur ex p[ro]prio libertatē arbitrio. **Jo. 3.** Spiritus vbi vult spirat. **p[ro]p[ter]e. Coz. 12.** Diuidens singulis prout vult. **¶** Vbi autē spiritus dei ibi libertas. Quasi dicat. Quia spiritus est dominus: potest dare libertatē vt possimus libere vt scripturaveteris testamenti absq[ue] velamine. Et iō qui nō habet spiritū sanctū nō possunt libere vt. **Gal. 5.** Vos in libertatē vocati estis. **1. Pet. 2.** Quasi liberi et nō quasi velamē habētes malicie libertatē. Illio modo vt per dominū intelligatur xps: et tūc legit sic. Dominus id est xps ē spiritus id est spūalis potest: et iō vbi est spiritus dñi. i. lex xpi**

spūaliter intellecta non scripta litteris sed per fidem eorum impressa: ibi est libertas ab omni impedimēto velaminis. **¶** Sciendum autē q[uod] occasione istozū verborum scz vbi spiritus domini ibi libertas et illorum scz iusto lex non est posita aliqui erronee dixerunt q[uod] viri spirituales non obligantur preceptis legis diuine. Sed hoc est falsum: nam precepta dei sunt regula voluntatis humane. Nullus autem homo est nec etiam angelus cuius voluntatem non oporteat regulari et dirigi lege diuina. Unde impossibile est aliquem hominem preceptis dei non subdi. Hoc autem quod dicitur iusto lex non est posita. exponitur. id est propter iustos qui interiori habitu mouentur ad ea que lex dei precipit. lex non est posita s[ed] propter iniustos non quin etiam iusti ad eam teneantur. Et similiter vbi spiritus domini ibi libertas intelligitur quia liber est qui est causa sui. seruus autem est causa domini: quicunq[ue] ergo agit ex seipso libere agit: qui vero ex alio motu non agit libere. Ille ergo qui vitat mala non quia mala sed propter mandatum domini non est liber: sed qui vitat mala quia mala: est liber. Hoc autē facit spiritus sanctus qui mentem interiori perficit per bonum habitum: vt sic ex amore caueat ac si preciperet lex diuina. et ideo dicitur liber non quin subdat legi diuine: sed quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciendum quod lex diuina ordinat. **¶** Deinde cum dicit. Nos vero omnes. **2c.** ostendit quomodo christi fideles sunt omnino liberi ab hoc velamine. Dicit ergo. Dico q[uod] ab illis auferitur velamen hoc: cum aliquis conuersus fuerit sic nos non aliquis sed omnes qui sumus xpi fideles. **Lu. 8.** Vobis datū est. **2c.** Reuelata facie nō habentes velamen supra cor sicut et intelligitur per faciez eoz seu mens: quia sicut per faciem videt quis corporaliter et per mentem spūaliter. **ps.** Reuela oculos meos. **2c.** Gloria domini non moysi. gloria enim significat claritatē vt dicit **Augu.** Iudei autem videbat quādam gloriā in facie moysi ex hoc q[uod] locutus est cum deo: sed hęc gloria est imperfecta: quia non est claritas ex qua ipse deus ē gloriosus: et hoc est cognoscere ipsum deū. **¶** Hęc gloria domini. id est filii dei. **Proverb. 10.** Gloria patris filius sapiens. **2c.** Speculantes nō sumit hęc a specula sed a speculo. id est ipsi deū gloriosum cognoscentes per speculū rationis in qua est quedam imago ipsius et hoc speculamur quando homo ex consideratione sui ipsius assurgit in cognitionem aliquā de deo transformatur. Cum enim omnis cognitio sit per assimilationē cognoscentis ad cognitum oportet q[uod] qui vident aliquo modo transformantur in deum. Et siquidem perfecte vident: perfecte transformantur sicut beati in patria per fructū vni onem. **p[ro]p[ter]e. Job. 3.** Cum autē apparuerit. **2c.** Si vero is perfecte: imperfecte sicut hic per fidem. **p[ro]p[ter]e. Coz. 13.** Ad demus nunc per speculum et in enigmate. Et ideo dicit. In eandem imaginē id est sicut videm. **¶** Transformamur in q[uod] a claritate in claritate in quo distinguit triplicem gradū cognitionis in discipulis christi. **¶** Primus est a claritate cognitionis naturalis in claritate cognitionis fidei. Secundus est a claritate cognitionis veteris testamenti in claritate cognitionis gratie noui testamētis. **¶** Tertius est a claritate cognitionis naturalis et veteris et noui testamenti in claritate visionis eterne infra. **4.** Licet is qui foris est. **2c.** Sed vnde est hoc? Non ex littera legis sed tanq[uam] a spiritu domini. **Ro. 8.** Quicumq[ue] spiritu dei aguntur. **2c.** **ps.** Spiritus tuus bonus deus duet. **2c.**

¶ Incipit capitulum quartum

in epistolā II ad Corinthios III

H Deo habentes hanc administrationem iuxta quod misericordiarum consecutus sum. non deficiamus sed abdicamus occulta dedecoris: non ambulantes in astutia: neque adulterantes verbum dei: sed in manifestatione veritatis: commedantes nosmet ipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. **O**stensa dignitate ministerii novi testamenti: hic consequenter apostolus determinat de usu ministerii. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit usum huius ministerii qui debet esse in agendis bonis. Secundo illi qui debet esse in malis patienter tolerandis ibi. Habemus autem thesaurum etc. Circa primum duo facit. Primo ponit huius ministerii usum. Secundo objectionem excludit ibi. **Q**uod si etc. Dicit ergo: quia igitur huiusmodi ministerium est tante dignitatis in se et in ministris. Ideo nos habentes hanc administrationem id est hanc dignitatem ad ministrandi spiritualia. prout **1. Cor. 4.** Sic nos existimet homo ut ministros. **2. Rom. 11.** Quoad usum ministerii apostolus ministrorum etc. Habentes inquit non ex nobis seu ex meritis nostris: sed iuxta quod misericordiam consecutus sumus a deo. id est ex misericordia dei quam in hoc consecutus sumus a deo. prout **1. Thimo. 1.** Misericordiam consecutus sum. **2. 1. Cor. 4.** Consequenter cum dicit. Non deficiamus etc. Describit usum huius ministerii: qui debet esse circa bona agenda: et hoc quantum ad duo. Primum quantum ad vitiationem malorum. Secundo quantum ad operationem bonorum. **I**bi. In manifestatione etc. Docet autem vitari mala in usu huius ministerii: et quantum ad vitam et quantum ad doctrinam. Sed quantum ad vitam dupliciter: scilicet quantum ad operationem et quantum ad intentionem. Nam si quis vitat mala operari et bona intentione perfecte vitat mala. In operatione autem vitat malum in aduersitate patienter mala sustinendo: et ideo dicit. Non deficiamus per impatientiam **Gal. 6.** Bonum autem facientes non deficiamus. **2. 1. Cor. 1.** Cum infirmo: tunc fortior sumus et potens. **A**ttatur etiam in prosperitate ipse vitando eis que prospere succedunt. et ideo dicit. Sed abdicamus occulta dedecoris. id est amouemus a nobis que homines turpem et dedecorosum faciunt sepe immunda et turpia et etiam occulta non solum manifesta. **1. Jac. 1.** Abijcetes omnem immundiciam. **1. Ephe. 5.** Que in occulto ab eis sunt vitantur. **I**n intentione autem vitatur malum vitare sicut in intentione recta et quantum ad hoc dicit. Non ambulantes in astutia id est in astutia et simulatione et hypocrisi si quod faciunt pseudo qui aliud preter dicit exterius et aliud gerunt interius in corde. **1. Job. 36.** Simulatores et callidi prouocant iram dei. **I**n doctrina autem vitat malum quando verbum domini debito modo proponitur: et quantum ad hoc dicit. Non adulterantes verbum. **Q**uod dupliciter exponitur: ut patet supra. **2.** Et primo non permittentes doctrine christi falsam doctrinam quod faciebatur pseudo: dicitur legalia debere seruari cum euangelio. Secundo non predicantes propter lucrum vel gloriam propriam. Et istorum primus est lupus. Secundus mercenarius. Sed qui vera predicat et propter gloriam dei est pastor. **A**nde Augustinus. Pastor est amandus: lupus vitandus: sed mercenarius ad tempus tolerandus. Sed quod non sufficit ad perfectam iusticiam solum vitare mala: sed requiritur operatio bona. id consequenter subiungit de operatione bonorum in ipso usu huius ministerii. Et ponit triplex bonum quod facit contra triplex malum. Primum bonum est contra malum doctrine. Secundum contra malum operationis. Tertium contra malum intentionis. **C**ontra malum doctrine quod debet vitari fa-

cit bonum manifeste veritatis. **E**t quantum ad hoc dicit. **I**n manifestatione veritatis. Quasi dicat. non deficiamus sed vitantes mala: ambulamus et proficimus in manifestatione veritatis id est veritatem puram manifestamus. **1. Jo. 19.** Ad hoc natus sum ut testimonium perhibeam veritati. **1. Eccl. 24.** Qui eludant me vitam eternam habebunt. **C**ontra malum operationis facit bona opera et quantum ad hoc dicit commendantes nos. **2. Et hoc non facimus** dicendo de vobis bona quia non defacili credit et qui seipsum commendat: sed operando bona quia talia opera facimus ut ex ipsis operibus reddamus nosmetipsos commendabiles ad omnem conscientiam hominum. prout **1. Pe. 2.** Conuersationem vestram inter gentes etc. **C**ontra malum intentionis facimus bonum reddendo nos commendabiles non solum ad omnem conscientiam hominum sed etiam coram deo qui intuetur corda. **1. infra. x.** Non enim qui seipsum commendat ille probatus est. **2. Rom. 12.** Prouidentes bona non solum coram etc. **E**t **1. Augustinus.** in glo. apostolus implet in hoc mandatum domini. **1. Mat. 5.** Sic luceat etc. **I**tem sexto attendite ne iusticiam etc. Primum in hoc quod dicit. **C**ommandantes nos etc. **S**ecundum vero in hoc quod dicit **C**oram deo. **2. Rom. 2.** Non enim qui in manifesto etc. **N**el potest totum hoc magis finem continuationem littere legi sic: ut dicatur. **I**deo habentes hanc administrationem: iuxta quod etc. **N**on deficiamus supple a bene operando sed abdicamus etc. **E**t iterum non deficiamus in manifestatione veritatis seruat in eodem modo exponendi sicut in prima lectura.

Lectio secunda.

Quod si etiam operum est euangelium nostrum in his qui pereunt est operum: in quibus deus huius seculi excecavit mentes infidelium: ut non fulgeat illuminatio euangelij gloria christi qui est imago dei. **N**on enim nosmetipsos predicamus: sed iesum christum dominum nostrum. **N**os autem seruos vestros per iesum. quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere: ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientie claritatis dei in facie christi iesu. **H**ic consequenter apostolus respondet cuidam tacite objectioni. **P**osset enim dici sibi ab aliquo tu dicens quod non defecitis in manifestatione veritatis christi: sed hoc non videtur quod multi contradicunt tibi. **H**uic ergo quod non rident. **E**t circa hoc duo facit. **P**rimo enim rident quod non predicat. **S**ecundo excludit quoddam dubium quod videtur ex ratione sua sequi ibi. **N**on enim nosmetipsos etc. **C**irca primum tria facit. **P**rimo ostendit quibus occultat veritas christi. **S**ecundo occultationis causam assignat ibi. **I**n quibus deus huius seculi. **T**ertio ostendit quod hoc non est ex defectu veritatis euangelij ut occultetur ibi. **A**t non fulgeat etc. **D**icit ergo. **D**ixi quod non defecimus in manifestatione christi. id est si euangelium nostrum quod. id est nos predicamus est operum. id est occultum: non est operum omnibus sed illis tantum qui peccant sepe peccato impedimento ne eis manifestetur. **1. 1. Cor. 1.** **T**erbum crucis pereuntibus stulticia est. etc. **C**irca ergo huius occultationis est non ex parte euangelij: sed propter eorum cultum et maliciam. **E**t hoc est quod subdit. **I**n quibus deus huius seculi etc. **E**t hoc potest exponi tribus modis. **P**rimo modo sic. **D**eus huius seculi. id est deus qui est dominus huius seculi et omnium rerum creatione et natura. iuxta illud. **1. Ps. Do**mini est terra et plenitudo eius. **E**xcecavit mentem infidelium non inducendo maliciam sed merito. imo de merito peccatorum precedentium peccatorum subtrahendo gloriam. **1. 1. Cor. 6.** **E**xcecavit eos

Explanatio sancti Thome

populi huius .*et*. Unde et precedentia peccata insinuat cum dicit: Infidelium quasi infidelitas eorum fuerit causa huius execrationis. Secundo modo sic. Deus huius seculi. id est diabolus qui dicit deus huius seculi id est seculariter viventium non creatione sed imitatione qua seculares eum imitantur. Sap. 2. Imitantur eum qui sunt .*et*. Et hic execrat suggerendo irabendo et inclinando ad peccata. Et sic quando iam sunt in peccatis operantur in tenebris peccatorum ne videant Ephe. 4. Tenebris obscurati habentes intellectum .*et*. Tertio modo sic Deus habet rationem vicini finis et complementum desideriorum totius creature. Unde quicquid aliquis sibi pro fine ultimo constituit in quo eius desiderium quiescit postest dicit deus illius. Unde cum habes pro fine delicias tunc delitiae dicuntur deus tuus. Similiter etiam si voluptates carnis vel honores. Et tunc exponit sic Deus huius seculi id est illud quod homines seculariter viuentes sibi pro fine constitunt: ut puta voluptates vel diuitie et honores. Et hic deus execrat mentes in quantum impedit ne homines lumen gratie et glorie in futuro videre possint. ps. Super peccatum ignis seculi concupiscit ut non videret sol. Sic ergo execratio infidelium non est ex parte euangelii sed ex culpa infidelium. Et ideo subdit. Ut non fulgeat .*et*. Ubi sciendum est quod deus pater est fons totius luminis. Job. 1. Deus lux est et tenebre in eo .*et*. Ex hoc autem fontano lumine derivatur imago huius luminis scilicet filii verbum dei. Qui cum sit splendor .*et*. Hic ergo splendor glorie imago fontano lucis carnem nostram accepit et multa gloriosa et diuina in hoc mundo opera fecit. Declaratio igitur huius lucis est euangelium unde et euangelium dicitur notitia claritatis christi que quidem notitia virtutis habet illuminatiua. Sap. 6. Alara est et que nunquam marcescit sapientia .*et*. Et quidem quantum est de se in omnibus res fulget et omnes illuminat: sed illi qui habent impedimentum non illuminantur. Et hoc est quod dicit. Non excecavit mentes infidelium: ut scilicet non effulgeat in eis. In mentibus infidelium licet in se effulgens sit illuminatio euangelii illuminantis quod quidem est illuminans quia est gloria christi id est claritas. Jo. prolo. Vidimus gloriam .*et*. Que quidem deus gloria provenit christo ex quo est imago dei. Col. 1. Qui est imago inuisibilis dei. Nota sunt ergo quod christus perfectissima imago dei est. Nam ad hoc quod aliquid perfecte sit imago alicuius tria requiruntur: et hec tria perfecte sunt in christo. Primum est similitudo. Secundum est origo. Tertium est perfecta equalitas. Si enim inter imaginem et eum cuius est imago esset dissimilitudo et unum non oriretur ex alio: similiter etiam si non sit equalitas perfecta que est in eadem natura non esset ibi perfecta ratio imaginis. Nam similitudo regis in denario non perfecte dicitur imago regis: quia deest ibi equalitas secundum eandem naturam: sed si similitudo regis in filio dicitur perfecta imago regis quia sunt ibi illa tria que dicta sunt. Cum ergo ista tria sint in christo filio dei: quia seculi similis patri generatur a patre. et equalis est patri maxime et perfecte dicitur imago dei. Consequenter cum dicit. Non enim nosmetipsos .*et*. remouet apostolus quod dicitur dubium. Possent enim aliquis contra predicta dicere apostolo. Supra dixisti euangelium vestrum esse operum modo dicitis euangelium christi illuminare. si ergo deus et euangelium christi sit illuminans non potest hic sequi quod operum sit euangelium vestrum. Et ideo ad hoc remouendum duo facit. Primo ostendit quod idem est euangelium suum et christi. Secundo ostendit unde sit quod euangelium suum sit illuminatum ibi. Quia deus qui dicit .*et*. Dicit ergo primo. Dico quod manifestatio claritatis christi est euangelium christi et nostrum. Nostrum quidem tanquam per nos predicatum: christi vero tanquam in ipso euangelio predicatum. Et hoc est quod non predicamus nosmetipsos

id est non commendamus nos: nec ad nos. id est ad laudem vel lucrum nostrum conuertimus predicationem nostram: sed ad christum totum referimus et laudem eius. prole. Cor. prolo. Nos autem predicamus christum .*et*. Et annunciamus omnes predicationes tuas non meas in portis .*et*. Sed iesum dominum nostrum nos autem seruos vestros per iesum. Quasi dicit. iesum predicamus ut dominum: nos autem ut seruos. Et huius ratio est: quia principaliter querimus laudem christi et non nostram. Nam seruus est qui est propter utilitatem domini. Et inde est quod minister ecclesie qui non querit honorem dei: et utilitatem subditorum non dicitur verus rector sed tyrannus. Nam quicumque bene regit debet esse sicut seruus querens honorem et utilitatem subditorum. Sen. 2. 5. Dator seruiet minor. prime Cor. 9. Cum essem liber: omnium vestrum me seruus feci. Consequenter cum dicit. Quoniam deus qui dixit .*et*. ostendit unde euangelium suum habet virtutem illuminatiua. Ubi nota ordinem procedendi seruati ab apostolo qui talis est. Nos aliqui seculi ante quod conuersi essemus ad christum eramus tenebrosi sicut et vos et alij in quibus non fulget claritas glorie christi. Hic vero postquam vocauit nos per gratiam suam ad se tenebre iste remotus sunt a nobis et iam fulget in nobis virtus glorie claritatis christi: et tunc tantum refulget in nobis quod non solum illuminamur ad hoc quod videre possumus: sed etiam quod alios illuminemus. Ex spirituali ergo gratia et abundantia refulgentia claritatis glorie christi in nos habet euangelium nostrum virtutem illuminatiua. Et hoc est quod dicit. Dico quod ideo illuminat euangelium nostrum quoniam deus qui dixit id est precepto solo fecit lucem splendere quod fuit in separatione elementorum: quando chaos tenebrosum illuminauit per lucem quam fecit. Sen. prolo. Dixit fiat lux .*et*. Eccl. 2. 4. Ego feci ut in celis esset refulget lux .*et*. Iste inquit deus illuxit in cordibus id est in mentibus nostris prius tenebrosos per absentiam luminis gratie et obscuritatem peccati. Lux primo. Illuminare bis quod in tenebris .*et*. Illuxit inquit non solum ut nos illuminaretur sed ad illuminationem id est ut alios illuminemus. Ephe. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est .*et*. Matth. 5. Vos estis lux .*et*. Ad illuminationem dico scientie id est ut faciamus alios scire. Dico claritatis dei id est clare diuine visionis. In facie iesu christi gloria. per iesum christum qui est facies patris quia sine ipso non cognoscitur pater: sed melius dicitur sic. Ad illuminationem nempe sancte claritatis dei que quidem claritas fulget in facie christi iesu id est ut per ipsam gloriam et claritatem cognoscatur christus iesus. Quasi dicitur i summa ad hoc deus illuxit nobis ad illuminationem: ut ex hoc iesus christus cognoscatur et predicetur gentibus.

Lectio tertia

Habemus autem thesaurum istum in vas fictilibus. ut sublimitas sit virtutis dei et non ex nobis. In omnibus tribulatione patimur: sed non angustiatur. Persecutione patimur: sed non derelinquimur. Humiliatur: sed non confundimur. Deiciatur: sed non perimur. Semp morificatione iesu christi in corpore nostro circumferentes: ut et vitam iesu manifestetur in cordibus nostris. Supra tractauit de visu ministerij noui testamenti quantum ad bona agenda: hic consequenter tractat de visu eius quantum ad tolerantiam malorum. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit tolerantiam malorum que

in epistolā II ad Corinthios III

patiebant. Secūdo vero hoc manifestat ibi. **Semp** est nos qui viuimus etc. Circa primum tria facit. Primo ponit causam quare tribulationibus exponantur a deo. Secundo ostendit q̄ in istis tribulationibus patienter se habeant. ibi. In omnibus tribulationē patimur. etc. Tertio vero rationē huius patientie assignat ibi. Semp per mortificationē iesu etc. Dicit ergo. Deus illuxit mētibus nostris ad illuminationē aliorū: que quidem lux ē maximus thesaurus. Sap. 7. Infinitus enim thesaur⁹ etc. Esa. 33. Diuitie salutis sapientia etc. Nū autem maximū thesaurū non habem⁹ in precioso loco: sed in re vili et fictili et rō huius ē: vt. i. deo efficacit eius tribuatur. Et hoc est quod dicit. Habemus thesaurum istū id ē lucem illā qua alios illuminam⁹ in vasis fictilib⁹ id est in corpore fragili et vili. ps. Ipse cognouit signum⁹ nostrū. Jere. 18. Sicut lutum in manu figuli sic et in manu etc. Esa. 64. Et nunc domine pater noster es tu: nos vero lutum. Ideo habemus in vasis fictilib⁹ vt sublimitas istius lucis sit virtutis dei. i. deo attribuatur et non ex nobis credat esse. Nam si essemus diuites si potentes si nobiles: fm̄ carnem quicquid magnum faceremus nō deo sed nobis ipsi attribueret. Hūc vero quia pauperes et cōtēptibiles sum⁹ huiusmodi sublimitas deo et nō nobis attribuit. Et id vult nos deus cōtēptū haberi et tribulationib⁹ exponi. Deutero. 32. Ne diceret man⁹ nostra excelsa etc. Et prime Cor. 1. Et nō gloriatur omnis caro etc. Sap. 12. Misisti antecessores tuos ne diceret etc. Consequenter cū dicit. In omnibus tribulationibus etc. offendit eorū patientiā in his que patiunt. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit mala que patiunt in generali. Secūdo enumerat ea in speciali ibi. Apoziamur. etc. Dicit ergo. Vere habemus hunc thesaur⁹ in vasis fictilib⁹: quia in omnib⁹ tribulationē patimur: quasi dicat. Nullus mod⁹ tribulādī deest nobis. Act. 14. Per multas tribulatiōes etc. Nec mirū q̄ vt dicit Luc. vlt. Sportuit xpm̄ pati: et sic intrare etc. Et licet sic tribulatur: nō tamē angustiamur. Et loquitur ad similitudinē viatoris qui quādo non patet ei via qua eruat de aliquo arto loco angustiat. Quasi dicat. Domines qui solū in mundo cōsidunt angustiant si vndiq̄ a mundo tribulantur: quia nō patet eis via remedij cum non sperent nisi de mūdo. Sed nos licet tribulamur in mundo: q̄ tamē p̄fidimus de deo et speramus in ip̄o patet nobis via eius fontis et auxilij a deo: et ideo nō angustiamur. Consequenter cū dicit. Apoziamur. etc. enumerat tribulatiōes in speciali. Sunt autē quattuor: in quibus hoīes consueuerunt tribulari: et in istis tribulati sunt apli. i. in rebus exterioribus. in quietudine status. in lesione fame: et in afflictione pp̄ij corporis. Quāto ergo ad primum dicit. Apoziamur. i. depauperamur. Apozos enī grece latine dicitur pauper. Quasi dicat. Ideo pauperes sumus vt necessaria desint. p̄ie Cor. 4. Aliq̄ in hāc hora esurimus. etc. Sed nō destituimur a deo qui est thesaurus noster. Diuitie enī nō querunt pp̄ter se: sed pp̄ter sufficientiā vite. Unde homines qui sine dei auxilio et spe sunt si careant diuitijs destituunt: sed qui solū de deo cōsidunt et sperāt quātūcūq̄ apoziant nō destituūt. infra. 6. Tanq̄ nihil hntes et omnia possidētes. Sed nec sufficit: imo cū hoc inquietamur: periectionē patimur scz de loco ad locum. Mat. 24. Persequētē vos Sed nō relinquitur a deo quin p̄beat auxiliū. De. vlti. Non te deserā etc. ps. Sperent in te: qui nouerūt te etc. Sed et cum hoc ledimur in fama: quia humiliamur. i. contempnimur et p̄o nihilo reputamur. Jo. 16. Venit hora vt omnis q̄ interficit vos etc. Mat. 5. Beati eritis etc. Sed q̄ q̄ quis cōtēnitur et cā contēptus subest: ille qui cōtēnitur cōuenit cōfundī

q̄i vero cā nō subest nō confundit: et istis nō suberāt cā contēptus. ideo dicit: nō confundimur. Quasi dicat. Quis si subest cā nō curam⁹. ps. In te die speraui nō confundar etc. S3 quasi hec pauca sint addit ad tribulatiōis exaggerationē dicēs. Deijcitur ad mortis picula s3 nō perimus. i. a bono nō cessamus: vel nō perimus q̄ deus sustentat nos. Job. ii. Cū te cōsumptū putaueris etc. p̄ime Cor. 4. Tāq̄ purgamēta huius mūdi etc. ps. Esti mati sumus sicut oues etc. Consequenter cū dicit Semp per mortificationē etc. subdit rationem huius patientie. Circa q̄ sciendum q̄ in christo talis fuit processus. Nā a principio sue conceptionis carnem habēs passibilem et passus mortuus fuit: sed tamen interius viuēbat spiritali vita. Post resurrectionem vero illa spiritalis et gloriosa vita vsq̄ ad corpus deriuata est: et factū est ipsū corpus gloriosum et immortale quia christus resurgens ex mortuis iam non moritur etc. Unde ex hoc accipitur duplex status in corpore christi: scz mortis et glorie. Et ideo dicit q̄ ideo pericula mortis et passiones patienter sustinemus vt perueniam⁹ ad gloriosam vitā. Et hoc ē quod dicit. Ita sustinemus semp id est in omnib⁹ et vbiq̄ mortificationē iesu id est propter iesum vel ad similitudinē mortis iesu. Gal. vlt. Stigmata domini iesu etc. Quia pp̄ veritatē passi sum⁹ sicut et iesus. In corpore nō nō solū in mēte. ps. Prop̄ te mortificamur tota die. Et vita iesu. i. vita grē quā iesus dat: vt vita glie ad quā iesus p̄ passiones puenit. Luc. 24. Nōne oportuit xpm̄ pati et ita intrare in glo. i. manifeste appareat etiam inimicis. Dicit ergo in futura. s. resurrectione vt etiam nunc vita glie in cordibus nostris nō solū in animabus. Judic. 7. Fractis lagunculis apparuerunt lucerne. Et idcirco dicit Ambro. Nō timebat mori propter resurrectionem promissam. Circūferentes id est vbiq̄ portantes et sustinentes: quia quocūq̄ eamus parimur et non cedimus. Et hoc ideo vt vita iesu que latet nūc in corde nostro in corporibus nostris manifestetur quādo scz reforzabit corpus humilitatis nostre etc. Philip. 3. Coll. 3. Mortui estis et vita vestra. etc. 2. Thimo. 2. Si cōmorui sumus et cōtinuamus

Lectio quarta.

Semper enī nos qui viuim⁹ in mortem tradimur pp̄ter iesum: vt et vita iesu manifestet in carne nra mortali. Ergo mors in nobis opatur: vita autē in vobis. Habētes autē eundem sp̄m̄ fidei sicut scriptū ē. Credidi pp̄ter q̄ locut⁹ sum et nos credim⁹ pp̄ter q̄ et loquimur: scientes q̄m̄ qui suscitauit iesū. et nos cū iesu suscitabit et constituet vobiscū. Oīa enī propter vos vt gratia abundans per multos in gratiarū actione abundet in gloriam dei.

Postea patientia apostolorū in malis et causa patientie ostensa: hic apostolus consequenter manifestat eaz et primo manifestat id quod dixit de spe glorie. Secūdo vero id quod dixit de sua patientia ibi. Propter quod nō deficimus. etc. Circa primum duo facit. Primo manifestat spem glorie quā habet. Secundo ostendit vñ hec spes sibi proueniat ibi. Habentes autem eundem etc. Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo mortificationem iesu in corpore suo portet. Secundo vero manifestat quomodo portet vitam iesu. ibi. Et et vlt. etc. Tertio manifestat quid ex hoc sibi et alijs proueniat

Explanatio sancti Thome

at ibi. Ergo mors etc. Dicit ergo primo. Dico q̄ portas
 mus mortificationem in corporib⁹ nostris non q̄ moria-
 mur s; quia nos qui vivimus corporali vita vel virtuti-
 bus semper tradimur in mortem vel in pericula mortis
 Et hoc quidem propter ihesum .ps. Estimati sumus
 sic oves. etc. Qualiter autē vitā iesu portemus in corpo-
 re exponit subdens ita sc; vt vitā iesu immortalis et ipassi-
 bilis manifestetur in carne nostra nūc mortali: ita vt ca-
 ro nostra mortalis recipiat immortalitatem in resurrectio-
 ne. 1. Cor. 14. Oportet autē mortale hoc iduere etc. S; ex
 hoc quid pueniat subdit dicens. Ergo mors operatur
 id ē exercet vñum suū in nos. Vita autē sc; presens ope-
 ratur in vobis quia estis in prosperitate. iuxta illud. 1.
 Cor. 4. Nos stulti etc. Et mors operet̄ in nobis magnū
 bonū sc; consecutione vite spūalis: sed vita terrena quaz
 amatis opatur in vobis magnū malum. s. mortē eternā.
 Prover. 10. Opus iusti ad vitam etc. Jo. 12. Qui amat
 vitam suam in hoc mundo etc. Vel aliter. Duo fuerunt in
 christo: mors corporalis et vita spūalis. Dicit itaq; Er-
 go mors etc. Quasi dicat in nobis nō solū vitā spūta-
 lis opatur in q̄rum imitamur spiritualiter sed etiā mors
 opatur. i. propter spem resurrectionis et ppter amorem
 christi vestigia mortis xpi in nobis apparent inquantū
 passionibus mortis exponimur. ps. Propter te mortifi-
 camur tota die sed in vobis opatur solum vitā xpi p quā
 fides plantatur in vobis et vita spūalis. Unde autem
 pueniat apostolo hec spes certitudinis subdit dicens Ha-
 bentes autem. etc. Et circa hoc duo facit. Primo ponit
 causam certitudinis. Secūdo concludit ipam certitudinē
 ibi. Scientes quoniam quā. etc. Cā autē huius certitudinis
 ē spiritus infundens fidem in cordib⁹ eorū. Unde primo
 ponit cām hanc. Secundo vero manifestat eā per exem-
 plum ibi. Sicut scriptū ē etc. Dicit ergo ex hoc speram⁹
 et nō deficiamus q̄ sum⁹ habētes eundē spiritū fidei quā
 antiqui habuerunt quia licet tempora mutata sint. spiritus
 tamē et fides nō est mutata nisi q̄ illi credebāt xpm
 venturū et passurum: nos autē credim⁹ ipm venisse et pas-
 sum fuisse. Et hic spūs est spiritus sanctus qui ē spiritus
 fidei. 1. Cor. 12. Hec autē oīa operat̄ vnus atq; idē spūs
 etc. Et ibidē. Alteri fides in eodē spiritu. Hunc ergo spi-
 ritum habentes quē antiqui habuerūt facim⁹ eadez que
 illi et credim⁹. Illi autē quid fecerint. dicit ps. Credidi
 sc; deo et pfecte. Et hoc oēs antiq̄ fecerūt. Ibe. 11. Ibi om-
 nes testimonio fidei etc. ppter qd sc; credidi locut⁹ sum
 id est cōfessus in fide. Ro. 10. Corde credidit ad iusticiam
 etc. Ad etiā nos facim⁹ qz nos pp̄ hoc q̄ credim⁹ loq̄-
 mur et pitemur fidē et p̄dicam⁹. Act. 4. Non em̄ possi-
 mus que vidimus et audiuim⁹ nō loqui. Spūs ergo san-
 ctus ē causa huius certitudinis. Ultimo ergo concludit
 cōclusionē intentā. i. ipam certitudinē. Et p̄mo de salu-
 te p̄p̄ia. Secūdo de salute alioz ibi. Et cōstituet vobiscū
 etc. Dicit ergo. Sciētes. i. certā scilicet hñtes quā q̄ suscita-
 tauit iesum. i. de⁹ p̄r vel tota trinitas et nos cū iesu susci-
 tabit vt sc; sumam⁹ eādē gl̄iam cū iesu: qz cū sumus mē-
 bra eius debem⁹ eē cū capite. Jo. 12. Volo pater vt vbi
 ego sum illic sit et minister me⁹ etc. Ro. 8. Qui suscita-
 uit dñm iesū a mortuis suscitabit etc. Et non solū sū cert⁹
 de salute nra sed etiā de vestra: qz cōstituet nos vobiscū
 id est simul erimus: qz sicut nos sumus mēbra xpi ita et
 vos per nos. 1. Thes. 4. Et sic semp̄ cū domino erimus
 Mat. 24. Abicunq; fuerit corpus etc. Et ideo dicit vob-
 biscū vt animet eos ad bonū inquantū ostendit eos non
 esse inferiores sed pares. Et hñ hoc possū certe dicere qz
 oīa sunt ppter vtilitatē vestrā. Hāz oīa q̄ sustinem⁹ oēs
 gratias quas recipim⁹ a deo sunt ppter vos. s. instruen-
 dos nostro exemplo. Et hoc ideo vt gratia abundans a

nobis in vos abundet per multos in gloriā dei. i. multi
 agant gratias deo sup beneficio tanto. Ephe. 5. Grati-
 as agētes deo patri etc.

Lectio quinta.

Propter qd nō deficiim⁹. Sed licet
 is qui foris ē noster hō corrupat̄
 tū is qui intus ē renouat̄ de die i di-
 em. Id em̄ qd in p̄nti ē momētaneuz et leue
 tribulatiōis nre supra modū in sublimita-
 te eternū gl̄ie pondus opat̄ in nobis nō cō-
 tēplantib⁹ nobis q̄ vident̄: s; que nō vidēt̄.
 Que enī vident̄ temporalia sunt: q̄ autē nō
 vidēt̄ eterna sunt.

Posita patiētia quā apostoli habebant in tribulatiōib⁹
 et premio qd expectabant manifestato: hic consequenter
 agit de patientie causa et patientie modo seu ratione. Et
 circa hoc tria facit. Primo enim insinuat sanctorū pati-
 entiam. Secūdo patientie causam ibi. Nō cōtēplantib⁹ no-
 bis etc. Tertio patientie remunerationē ibi. Id em̄ etc.
 Circa primū intendit ostendere qz sanctorū patiētia ē in-
 uincibilis. Et hoc est qd dicit. Propter qd. s. qz sumus
 scientes qz qui suscitauit iesū a mortuis suscitabit nos
 et cōstituet nobiscū ideo nō deficiim⁹. s. in tribulatiōib⁹
 id est nō de ducimur ad hoc qz non possim⁹ propter xpm
 amplius ferre et sustinere. Nam deficere idem ē qd ferre
 non posse. Iere. 20. Defeci ferre nō sustinui. Causa autē
 quare nō deficiamus ē quia licet quantum ad aliquid deficiamus
 sc; quantum ad exteriorē hominē: tamē quantum
 ad aliquid semper renouamur sc; quantum ad interiorē
 hominē. Et hoc est qd dicit. Sed licet is qui foris ē etc.
 Ubi sciendū est qz occasione istorum verborum: hereti-
 cus rextullian⁹ nomine dixit qz anima rationalis que est
 in hominis corpore habet corpoream figurā et membra
 corporea sicut et corpus habet: et hoc dicitur homo inter-
 rior: corpus vero cum sensibus suis dicitur homo exterior.
 Quod quidem falsum est. Unde ad intellectum hui⁹ ver-
 bi sciendū est qz etiam fm̄ philosophum in ethi. et fm̄
 consuetudinē loquendi. Anūquodq; dicitur esse illud
 qd est principalius in ipō: puta quia in ciuitate principa-
 lius est potestas et concilium id quod facit potestas et cō-
 cillium dicitur tota ciuitas facere. Principalius autem
 in homine potest aliquid iudicari et fm̄ veritatem et fm̄
 apparentiam. Secūdo veritatē quidem principalius in
 homine ipsa est mens. Unde fm̄ iudicium spiritualium
 virorum mens dicitur homo interior. fm̄ apparentiam
 vero principalius in homine est corpus exterior cuius sen-
 sibus suis. Unde fm̄ iudicium illoz qui tantū corpora-
 lia et sensibilia considerant et terrena sapiunt quozum de-
 us venter est corpus cum sensibus dicitur homo exteri-
 or. Et ideo fm̄ hunc modum loquitur hic apostolus dis-
 cens. Licet homo noster sc; corpus cum natura sensiti-
 ua corrupatur in tribulatiōibus tenuis et absten-
 tiis et vigilijs. Roma. 6. Verus homo noster simul etc.
 Abachuc. 3. Ingredietur putredo etc. Tamen is homo
 qui intus est sc; mens seu ratio munita spe futuri p̄mij et
 firmata munimine fidei renouat̄. Quod sic intelligēdū
 est. Vetustas enim est via ad corruptionē. Heb. 8. Quod
 antiquatur et senescit etc. Natura autem humana fuit in
 integritate condita et si in illa integritate p̄mansisset sem-
 per esset noua: sed per peccatūz incipit corrumpi quo fit
 qz quicquid consecutus est sic ignorantia difficultas ad
 bonum et p̄p̄onitas ad malum: penalitas et alia huius-
 iusmodi: totum pertinet ad vetustatem. Cum ergo

in epistolam II. ad Corinthios, V.

natura humana huiusmodi peccati sequentia deponit: tunc dicit renouari. Que quidem depositio hic incipit in sanctis sed perfecte presumabit in patria. Hic enim deponit vetustas culpe. nã spiritus deponit vetustate peccati & subijcit nouitati iusticie. Hic intellectus deponit errores et assumit nouitate veritatis & fm hoc is qui intus est homo scz aia renouat. **Ephe. 4.** Renouamini in spiritu mētis vestre. Sed in patria tollet etiã vetustas pene. Unde ibi erit cōsummata renouatio. **ps.** Renouabit vt aq̃le &c. Sed quia sancti quotidiē p̃ficiūt in puritate cōscientie: & in cognitione diuinor. ideo dicit. De die in diē. **ps.** Ascensiones in corde suo. Sic ergo patria est inuincibilis: qz renouat de die in diē. Terciuū p̃cipale sed huius patiētie causa est recogitatio p̃mij: que est efficacissima: qz fm **Gregorius** recogitatio p̃mij dimittit vim flagelli. Et hoc est qd dicit: **Id em̃ qd &c.** quasi dicat. Nihil sunt tribulationes q̃s hic patimur: si respiciat ad gloriã: quã ex eis p̃sequimur. Unde cōparat statū sanctoz qui sunt in vitã istã ad statū eoz qui sunt in patria. & ponit quōsq; in vtroq; statu: cōre spondētia sibi inuicē. Nã primo status istius vite in sc̃is est status quantū in se est paruus & quasi imperceptibilis. Unde dicit. **Id id est minimū. Esa. 54.** Ad p̃ctuz in modo dereliqui te. Item trãstoz. Unde dicit. **In p̃nt. i.** In vitã istã: que est in afflictionibus & tr̃ñis. **Job. 7.** Militia est vitã homis &c. Item t̃ps breuitas. Unde dicit momentaneū. **Esa. 54.** In momento indignatiōis abscōdi faciē meã p̃super a te &c. Nam totū tempus huius vite cōparatū ad eternitatē nō est nisi sicut momentū. Item est leuis. Unde dicit leue. Nã licet. **S.** primo dicat. Graui sumus supra modū. qz scz graue est corpori: tamē spiritui caritate seruēt̃ leuissimū est. **Aug.** Oia grauia & imania facilia & ppe nulla facit amor. Itē est pensus & ideo dicit. Tribulationis. **Mich. 7.** Iram dñi portabo &c. Sed quantū ad statū beatitudinis ponit quōsq; qz contra hoc qd dicit. **Id ponit supra modū id est supra mēsurã.** Sed cōtra. **Mat. 16.** Reddet vnicuiq; iuxta opa sua. Non ergo supra mēsurã. Respondeo dicendū est qd ly sed nō designat equalitatē q̃t̃tatis vt scz q̃tum quis meruit tantuz p̃mij sed designat equalitatē p̃portiois vt scz qui plus p̃mij accipiat. Item q̃tra id qd dicit. **In p̃nti ponit. In sublimitate. i.** in statu sublimi absq; p̃rubatiōe. **Esa. 58** Sustollas te super altitudinē nubū &c. Cōtra id qd dicit momentaneū ponit eternū. **Esa. 35.** Leticia sempiterna sup̃ capita eoz &c. Cōtra hoc qd dicit leue: ponit p̃dus. Et dicit pondus p̃pter duo. Pondus em̃ inclinat & trãhit ad motū suū que subsunt sibi. Sic gloria eterna erit tāta qz totū hominē facit gloriosus & in ãñia & in corpe nihil erit in hoīe quod nō sequat̃ impetū glorie. Vel dicit pondus p̃pter p̃ciositatē. Nam p̃ciosa solū ponderari cōsueuerūt. Cōtra hoc qd dicit tribulationis ponit. Glorie. vt hoc qd dicit glorie potest esse cōmune ad alia quattuor que de statu patrie dicunt̃. Hoc vero qd dicit tribulationis ad quattuor que de statu p̃sentis vite dicta sunt. **Opera** sup̃ra id scz qz tribulationes patimur. nã hec sunt causa & meritū quare deus istam gloriã nobis cōferat. Est ergo sanctorū patientia inuincibilis: eoz remuneratio ineffabilis. sed remuneratiōis eoz rēcōp̃tatio rectã et delectabilis. Unde dicit. Non cōtemplātibis nobis &c. Quasi dicat. Licet hec que speramus sint futura et interim corpe nostrū corrumpat: nihilominus tamen renouāmur: qz nō attendimus ad ista temporalia. sed ad celestia. Et hoc est qd dicit. **Opera** in nobis pondus glorie: nobis dico nō cōtemplantibus id est nō attendentibus ad ea que videntur id est ad terrena sed ad ea que non vident̃ scz celestia. **Phil. 3.** Que retro sunt obliuiscēs &c. **1.** Corinth. **2.** Oculis non vidit &c. Et quare celestia p̃templamur: qz

ea que vident̃ id est terrena sunt temporalia & trãstozia. ea autem que non vident̃ scz celestia sunt eterna. **Esa. 49.** Salus autē mea in sempiternū erit.

Incipit capitulū quintū.

Imus autez quoniã si terrestris domus nostra huius habitatiōis dissoluatur: & edificatiōe ex deo habem? domū nō manufactã: sed eternã in celis. Nã & in hoc ingenitissimū habitatiōe nostrã que de celo est sup̃indui cupientes: si tamē vestiti nō nudi inueniamur Nã & qui sumus in hoc tabernaculo: ingemissim? grauari. eo qz nolū expoliari sed su p̃uestiri: vt absorbeat qd mortale est a vita.

Postq; apostolus cōmendauit m̃nist̃erū noui testamēti & quantū ad dignitatē et quantū ad vsum: cōsequenter hic cōmendat illud quantū ad p̃mij: licet de p̃mij q̃tus ad aliquid aliquid it̃er & incōplete supra tractauit. hic tamen de hoc complete tractat. Circa qd tria facit. **P̃mo** em̃ agit de p̃mij. **Secūdo** vero de p̃paratiōe & p̃mij susceptione ibi. Et ideo cōtendimus sine &c. **Tercio** vero de causa vtriusq; scz p̃paratiōis & p̃mij qd expectat̃ ibi. **Omnia** autē ex deo qui rēcōciliat &c. Circa p̃mij duo facit. **P̃mo** ponit p̃mij qd expectat̃. **Secūdo** exprimit desiderij p̃mij expectati. ibi. Nã in hoc ingemissim? &c. Sed quia p̃mij quod expectat̃ est inestimabile scz gloria celestis & ideo dicit. **Scimus** quoniã &c. quasi dicat fm glo. Vere operat̃ in nobis pondus glorie quia in corpib; erit hec gloria nō tantū in ãñib;. Enim id est quia scim? id est certi sumus: qz iam habem? in spe quoniã si terrestris domus nostra id est corpe? in spe vt dicit̃ est dicit̃ mens cū sit p̃ncipaliter in hōmine. que quidē mens se habet ad corpus sicut homo ad domū. Sicut em̃ destructa domo nō destruit̃ hōmo. eam inhabitat sed manet: sic destructo corpe nō destruit̃ mens seu ãñia rationalis sed manet. Corpus ergo terrestrē dicit̃ domus habitatiōis id est in qua habitam? **Job. 4.** Qui habitat domos luteas &c. **Dissoluat** id est destruat. **Scimus** in qz qz habemus edificatiōe id est edificij ex deo: id est paratū a deo. **Edificij** dico domū nō manufactã id est non opere homis nec opere nature sed corpus incorruptibile qd assumemus. qd quidē non est manufactū quia incorruptibilitas in corpibus nostris puenit solū ex operatiōe diuina. **Phil. 3.** Reformabit corpus humilitatis nostre &c. **Domū** eternã. id est domū ab eterno nobis p̃paratã. **Esate. 33.** Tabernaculū quod nequaq; destruet̃ in celis. **Mat. 5.** Merces vestra copiosa est in celis. Hãc autem cōmutatiōe vt scz p terrestrī domo habeat celestē desiderabat **Job. 14.** Cunctis diebus quibus nūc milito expositio est fm glo. sed tamē nō est fm intellectū apostolicū nec p̃cedētib; nec sequētib; cōcordat. Nã ip̃e cū habeat vnã materiã continū de qua loquit̃ non interponit aliã. Et ideo videam? quid intendat ap̃lus dicere. **Sciendū** est autē qz ap̃lus vult hic ostendere qz sancti rationabiliter sustinent tribulationes: ex quibus vita p̃sēs corrumpit. quia ex hoc statim pueniūt ad gloriã nō ad gloriozū corpus vt dicit̃ in glo. Et ideo dicit. **Ideo** sustinimus em̃ id est quia scimus id est p̃ certo habem? quoniã si terrestris domus nostra huius habitatiōis id est corpus dissoluat̃ id est corrupat̃ per mortē: habemus statim non in spe sed in re melioz domū scz edificatiōe domus

Explanatio sancti Thome

non manufacta id est gloria celestis non corpus gloriofum. De hac autem domo dicit Job. 14. In domo patris mei mansiones multe sunt etc. Que quidem est ex deo non manufacta quia gloria eterna est ipse deus. ps. Esto mihi in deum protectorem et in domum etc. Et eterna ad litteram quia ipse deus est eternus. In celis. i. in excelsis quia statim corrupto corpore anima sancta consequitur hanc gloriam non in spe sed in re. Si ergo premium sanctorum est admirabile et desiderabile: quia gloria celestis est et ideo consequenter subigit desiderium sanctorum ad ipsum premium dicens. Nam in hoc ingemiscimus etc. Ubi tria facit. Primo exprimit desiderium gratie ad premium ipsum. Secundo ostendit quod desiderium gratie retardat ex desiderio nature ibi. Nam et qui sumus in tabernaculo etc. Tertio ostendit quomodo desiderium gratie vincit desiderium nature ibi. Audetes igitur etc. Sed desiderium gratie est cum feruore. Nam in hoc ingemiscimus etc. quasi dicat hec est vera probatio quod habemus domum non manufactam quod si desiderium nature non est frustra multominus desiderium gratie frustra est. Ad igitur nos habeamus feruentissimum desiderium gratie de gloria celestis: impossibile est quod sit frustra. et hoc est quod dicit. Ingemiscimus. i. in gemendo desideramus in hoc seculum desiderio retardari. ps. Deum mihi quod incolamus etc. In hoc enim quod cupientes sumus. i. cupimus superinductionem nostram. i. fructum glorie que de celo est. i. celestis que dicitur habitatio quod in ipsa gloria sancti habitant sicut in suo consolatorio. Mar. 2. 5. Intra in gaudium domini tui. Per hoc autem quod dicit superinducti datur intelligere quod illa domus celestis de qua supra dixerat non est aliquid ab homine separatum sed aliquid homini inherens. Non enim dicitur homo induere domum sed vestimentum. domum autem dicitur aliquid inhabitare. Hec ergo duo coniungit dicens superinducti habitacionem per quod ostendit quod illud desiderium est aliquid inherens quod induit. et aliquid continens et excedens quod inhabitat. Sed quia non simpliciter dixit indui sed superinducti ratione sui dicitur dicens: Si tamen vestiti et non nudi inueniamur. Quasi dicat si anima indueret habitacionem celestem quod non exeret habitacionem terrenam. i. non corrumpere corpus nostrum per mortem sed celestem adeptio illius habitacionis esset superinductio. Sed quod oportet quod euacuet habitacionem terrenam ad hoc quod induat celestem non potest dici superinductio sed induitio simplex. Et ideo dicit. Si tamen vestiti et non nudi inueniamur. Quasi dicat. superinducti quidem si inueniremur induti et nudi. Modus enim non dicitur superinducti sed indui tantum. Glo. vero aliter exponit de vestimento spirituali dicens. Cupimus superinducti quod vtiq; fiet tamen hac condicione si nos inueniamur vestiti scilicet virtutibus et non nudi scilicet virtutibus. De istis vestibus dicit Col. 3. In duitate vos sicut electi dei etc. Quasi dicat. Nullus ad illam gloriam perueniet nisi habeat virtutes. que quidem expositio non videtur concordare intentioni apostoli. Sic ergo desiderium gratie feruet ad premium. sed tamen retardat a desiderio nature quod ostendit cum dicit. Nam dum sumus in tabernaculo isto etc. Ubi primo ponit conditionem desiderij naturalis. Secundo ostendit quod etiam hic status desiderij naturalis est a deo ibi. Qui autem efficit nos etc. Condicio autem desiderij est naturalis retardans desiderium gratie. quia vellemus inueniri vestiti et non nudi id est ita vellemus quod anima perueniret ad gloriam quod corpus non corrumpere per mortem. Cuius ratio est quia naturale desiderium inest anime esse vniuersam corpori alias mors non esset penalis. Et hoc est quod dicit. Nam nos qui sumus in tabernaculo. id est qui habitamus in isto mortali corpore. 2. Petri. 1. Scio quod velociter depositio tabernaculi mei. Ingemiscimus id est inuis in corde. non solum extra in voce gemimus. Esa. 59. Et columbe mediantes gememus quia durus est cogitare mortem. et tamen gratia quasi aliquo existente contra desiderium nostrum eo quod non

possumus peruenire ad gloriam nisi deponamus corpus quod est ita contra naturale desiderium ut dicit Augustinus. Nec ipsa senectus a petro timore mortis auferre potuit. Et ideo dicit. Eo quod nolumus spoliari scilicet tabernaculo terreno. sed superuenire gloria supercelesti. Vel finis glorie corpore gloriofo. Sed quia posset videri indecens quod corpus ex vna parte esset corruptibile ex sui natura si non fuisset ante dissolutum et ex parte glorie esset gloriofum. subdit modum quomodo fieri vellet dicens. Et absorbeat: quod mortale est etc. Quasi dicat. Non sic superuenire volumus quod corpus remaneat mortale: sed ita quod gloria auferat ex toto corruptionem corporis absque corporali dissolutioe. Et ideo dicit. Absorbeat quod mortis est. i. ipsa corruptio corporis a vita scilicet glorie. 1. corinth. 15. Absorpta est mors in victoria tua etc.

Lectio secunda.

Qui autem efficit nos in hoc ipsum deus qui dedit nobis pignus spiritus Audentes igitur semper et scientes: quomodo dum sumus in hoc corpore peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus et non per spem. Audemus autem et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore et presentes esse ad deum et ideo contendimus siue absentes siue presentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi. ut referat unusquisque propria corporis prout gessit: siue bonum siue malum.

Hic ostendit auctorem supernaturalis desiderij de habitacione celestis. Causa enim naturalis desiderij quod volumus expoliari est quia scilicet anima naturaliter vnici corpori et e contrario Sed hoc quod celestis inhabitacione superinducti cupiamus non est ex natura sed ex deo. Et ideo dicit. Qui autem efficit nos in hoc etc. Quasi dicat. Solum superinducti scilicet scilicet habitacionem ita tamen quod non spoliemur terrenam et tamen hoc ipsum quod volumus sic superuenire efficit in nobis deus. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis etc. Cuius ratio est quia qualibet naturam consequitur appetitus conueniens sibi sue nature. sicut graue naturaliter tendit deorsum et appetit tibi quiete. Si autem sit appetitus alicuius rei supra naturam suam illa res non mouet ad illam sine naturaliter sed ab alio quod est supra naturam suam. Constat autem quod perfrui celestem gloriam et videre deum per essentiam licet sit rationalis creature est tamen supra naturam ipsius. non ergo mouet rationalis creatura ad hoc desiderandum a natura. sed ab ipso deo qui in hoc ipsum efficit nos etc. Sed quomodo hoc efficit subdit dicens. Qui dedit pignus etc. Circa quod sciendum est quod deus efficit in nobis naturalia desideria et supernaturalia. Naturalia quidem quando datur nobis spiritu naturalem conuenientem nature humane. Gen. 1. Inspirauit in faciem eius etc. Supernaturalia vero datur quando infundit in nobis supernaturali spiritu. scilicet spiritu sancto. Et ideo dicit. Dedit nobis pignus spiritus id est spiritus sancti causante in nobis certitudinem huius rei quam desideramus impleri. Ephe. 1. Signati estis spiritu promissionis sancto etc. Dicit autem pignus. quia pignus debet tantum valere quantum valet res pro qua ponit. sed in hoc differt a re. pro qua ponit. quod plenius iure possidet res quam habet pignus quod res possidet ut quid suum. pignus vero seruatur et tenetur quasi pro certitudine rei habende. Ita est de spiritu sancto quod ipsa sanctus tantum valet quantum gloria celestis. sed differt in modo habendi quia nunc habemus eum quasi ad certitudinem prequod illam gloriam. In patria vero habebimus ut rem iam nostram et a nobis

in epistolam II. ad Corinthios. v.

possessam. Tunc enim habebimus perfecte: modo imperfe-
cte. Sic ergo retardat desiderium gratie a desiderio nature
Sed nūquid impedit? Non: sed desiderium gratie vincit.
Et hoc est quod dicit. Audentes igitur etc. Quasi dicat. Duo
desideria sunt in sanctis. Unum quo desiderat celestem hira-
tionem. aliud quo nōlūt expoliari. Et si hec duo essēt cōpos-
sibilia nō essēt tria et vñū nō retardaret ab alio. S; apls
ōndit ea esse incōpossibilia et q̄ oportet q̄ vñū vicat alter.
Unde circa hoc tria facit. Primo enim ostendit incōpossi-
bilitatē victorū desideriorū. Secūdo interponit quandā pro-
bationē ibi. Per fidem enim etc. Tercio ostendit quod horū
vincat ibi. Audemus autē etc. In cōpossibilitatē ostendit cur
dicit. Audentes igitur semper etc. Audere pp̄tē est immis-
scere se in pericula mortis et nō cedere pp̄tē timorē. Vi-
cet autē sancti naturaliter timeāt mortem. tamen audent
ad pericula mortis et nō cedūt timore mortis. Proverb.
28. Iustus quasi leo cōfidens. Eccl. 4.8. In diebus suis
nō pertimuit principē. Et sciētes scz sum? hoc quod cō-
firmat in nobis audaciā vt pro xp̄o mori nō timeamus.
quomā dū sum? in hoc corpore mortali peregrinamur. i.
elongamur a deo. ps. Deu mihi quia incolatus meus etc.
Peregrinamur in q̄ quia sum? extra patriā nostrā qui de-
us est. alias nō diceremur peregrinari ab eo. Et hoc non
est ex natura nostra: sed ex eius gratia. Quā autē peregrina-
mur a dño probat cur dicit. Per fidem enim ambulam? id
est. pcedimus in vita ista per fidem et non per speciem. i. nō
p̄ perfectā visionē. Fidei enim verbū est sicut lucerna qua
illuminamur ad ambulandū in vita ista. ps. Lucerna pe-
dibus meis verbū tuū etc. In patria autē nō erit hōmō in-
cerna. quia ipsa claritas dei id est ipse deus illuminabit il-
lam. Et ideo tūc per speciem. i. per essentiā videbimus eū.
Dicit autē. Per fidē ambulamus. qz fides est de nō visis
Est enim fides substantia sperandarū rerū argumentū nō ap-
parentiū vt dicit Heb. 11. Quid autē anima corpi mortis
li vnū non videt deū per essentiā. Exo. 33. Non videbit
me homo etc. Unde inquantū assentim? credēdo hijs que
nō videmus dicimur ambulare per fidē et non per speciem.
Sic ergo patet et duorū desideriorū incōpossibilitas qz nō
possumus cū hoc corpore superindui celestē habitatiōem et
p̄batio hui? qz per fidē ambulamus. Sequit̄ sequen-
ter victoria vñū desiderij de duobus scz desiderij gratie
cū dicit. Audemus etc. Et debz refumi sciētes supra post-
tū qz littera suspensua est. vt dicat sic. Hoc inq̄ sciētes
quia dū sumus in hoc corpore. Audemus et bonā volun-
tatē habemus. Duo dicit quorū vñū importat repugnā-
tiā quā habet in volendo que fit per timorē mortis. Vbi
enim non est timor non est audacia. Nā ex appetitu nature
surgit timor mortis. ex appetitu grē surgit audacia Ideo
dicit. Audem? Aliud importat imperfectionē ap̄m̄i in
desiderādo. quia nisi bene desideraret nō vinceret timor
mortis cū sit valde naturalis. Et ideo nō solū oportet au-
dere sed bonā voluntatē habere. i. cū gaudio velle. Vi-
cet enim fm̄ philosophū in actu fortitudinis nō requirat gau-
diū ad perfectionē virtutis sicut in alijs virtutib? sed so-
lum nō tristari. tamen qz fortitudo sanctorū perfectior est.
non solū nō tristat in periculis mortis sed etiā gaudet.
Phil. 1. Habens desiderij dissolui etc. Sed qd̄ audem?
Magis peregrinari a corpore id est remoneri a corpore per
corpis dissolutionē quod est cōtra desiderij nature et pres-
sentes esse ad dñm id est ambulare per speciem quod est de-
siderij gratie. Hoc desiderabat. ps. qui dicebat. Sitiuit
aia mea ad deū vltū etc. Et nota qz hic cōcludit eadē duo
q̄ proposuit in principio. s. Secūdo scz qz si terrestris dom?
nostra huius habitatiōis dissoluat qz idē est quod hic dicit.
peregrinari a corpore et qz habemus habitatiōem in celis
nō manufactā et hoc quod idē est p̄sentes esse ad deū. Cō-

futatur per hec verba error dicentium animas sanctorū dece-
dentium non statim post mortē deduci ad visionē dei et eius
presentiā. sed morari in quibusdā mansionib? vsqz ad diē
iudicij. Nam frustra sancti auderēt et desiderarent p̄es-
grinari a corpore si non essent p̄sentes ad deū. Et ideo dis-
cendū est qz sancti statim post mortē vident deū per essen-
tiā et sunt in celesti mansionē. Sic ergo patet qz premiū quod
sancti expectāt est inestimabile. Sequit̄ de preparatio-
ne ad premiū que fit per pugnā contra temptatiōes et per
exercitiū bonorū operū. Et hoc est quod dicit. Ideo cōtendū
mus etc. Preparant autē sancti ad hoc premiū tripliciter.
scz placēdo deo. Secūdo p̄ficiendo primo ibi. Sciētes au-
tem timorē dei. Tercio abdicādo a se carnales affectus.
ibi. Itaqz nos etc. Deo autē placent resistendo malis. Et
ideo dicit. Ideo qz scz totū desiderij nostrū est qz simus p̄-
sentes deo. Cōtēdimus id est cū conatu nitimur seu stu-
demus cū pugna et lucta cōtra temptatiōes dyaboli car-
nis et mundi. Luce. 13. Cōtēditē intrare per angustā por-
tam etc. Placere illi scz deo ad quē desideram? esse p̄es-
sentes. et hoc siue absentes siue p̄sentes illi sumus. qz nō
studeamus ei placere in vita ista dū sumus absentes. non
poterim? ei placere nec esse ei p̄sentes in alta vita. Sap.
4. Placēs deo factus dilectus etc. Cōsequēter cū dis-
cit. Dēs enim nos manifestari oportet etc. subdit causā qua
re sancti cōtendūt placere deo. que quidē causa sumit ex
cōsideratiōe futuri iudicij vbi nos oēs manifestari oportet.
Ponit autem ap̄l̄s quāqz conditiōes futuri iudicij.
Primo enim ponit ip̄ius vniuersalitātē. qz nullus excipiet
ab illo iudicio. Et ideo dicit. Dēs nos id est oēs homines
bonos et malos magnos et paruos. Ro. 14. Dēs stabim?
ante tribunal xp̄i Apoc. 20. Audi mortuos pusillos et ma-
gnos stantes in cōspectu agni etc. Sed contra hoc objicit
dupliciter. Primo qz videt qz infideles nō veniēt ad iu-
dicij. nā qui non credit iā iudicatus est vt dicit. Job. 3.
Secūdo qz quidā erūt ibi vt dices. Math. 19. Sedebitis
super sedes etc. Non ergo oēs erūt ante tribunal vt iudi-
cent. Responso. dicit dñs qz in iudicio duo erūt scz discus-
sio meritorū et quantū ad hoc non oēs iudicabunt. qz illi q̄
totaliter abrenūciauerūt sathane et pompis eius et per om-
nia adhererūt xp̄o: non discutiēt qz iam dii sunt. Illi ve-
ro qui in nullo adhererūt xp̄o: nec per fidē nec per opera.
similiter nō indigent discussione qz nihil habēt cum xp̄o.
sed illi qui cū xp̄o aliquid habēt scz fidem. et in aliquo re-
cesserūt a xp̄o scz per mala opera et p̄uaa desideria. disci-
tēt de hijs que contra xp̄m cōmiserūt. Unde q̄tum ad
malitiam nostrarum assumpsit totum gratie est imputandum. q: nec puenit alicuius bonitate: nec alicuius virtute coactus: nec inducitur sua necessitate. Est autem gratia ista quod propter nos egenus factus est. Et dicit egenus quod plus est quam pauper. Nam egenus dicitur ille qui non solum parum habet. sed qui indiget seu eget. Pauper vero ille qui parum habet. Ad significandum ergo maiorem paupertatem dicitur egenus factus est se in temporalibus? Luc. 9. Filius hominis non habet etc. Item. Recordare paupertatis etc. Est autem factus egenus non ex necessitate sed ex voluntate. quod gratia ista iam non esset gratia. Et ideo dicit. Num diues esse se in bonis spiritualibus Ro. 10. Item deus diues in omnibus etc. puer. 8. Meum sunt diuitie etc. Dicit autem esse non fuisse. ne videretur Christus amisisse diuitias spirituales cum assumpsit paupertatem. Sic enim assumpsit hanc paupertatem quod illas inestimabiles diuitias non amisit potest. Simul in vniuersis diues et pauper. Diues in spiritualibus: pauper in temporalibus. Causam autem quare voluit fieri egenus subdit cum dicit. Et illius inopia diuites essemus id est ut illius paupertate in spiritualibus vos essetis diuites in spiritualibus. Et hoc est propter duo se propter exemplum et propter sacramentum. Propter exemplum quidem quod si Christus dilexit paupertatem et nos exemplo suo debemus diligere eam. Diligendo autem paupertatem in temporalibus efficiamur diuites in spiritualibus. Jac. 2. Nonne deus elegit pauperes in mundo: diuites in fide etc. Et ideo dicit. Et illius inopia etc. Propter sacramentum autem quod omnia que Christus egit vel sustinuit propter nos. Unde sicut pro hoc quod sustinuit mortem liberati sumus a morte eterna et restituti vite: ita pro hoc quod sustinuit inopiam in temporalibus liberati sumus ab inopia in spiritualibus et facti diuites in spiritualibus. 1. corin. 1. Diuites facti estis in illo in omni scientia etc. Consequenter cum dicit. Consiliu in hoc do etc. Inducit eos ad dandum ex parte eorum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit ipsorum utilitatem que ex hoc puenit. Secundo ostendit quod hoc etiam ab ipsis voluntum est se in darent elemosinas ibi. Qui non solum etc. Dicit ergo considerans hoc beneficium consilium vobis dicit id est hortatur vos ad hoc se ad dandum elemosinas se non solum propter utilitatem sanctorum qui sunt in hierusalem: sed et propter utilitatem vestram puer. 27. Boni amici consilium anima dulcorat etc. Et hoc quod vtile est vobis. Bonum enim pietatis plus est vtile facienti quam illi cui fit. quod facies reportat inde commodum spirituale. recipiens vero temporale. 1. 4. Pietas ad omnia valet. Hoc autem non solum est eis vtile: sed etiam ipsi hoc voluerunt. Et ideo dicit. Qui non solum etc. Ubi tria facit. Primo commemorat bonum principium in eis. Secundo hortatur eos ad debitum finem ibi. Hic vero et factum etc. Tertio exponit quoddam quod dixerat ibi. Si enim voluntas etc. Dicit ergo. Vere debetis libenter dare elemosinas quia non solum est vobis vtile: sed etiam hoc ipsum velle sponte cepistis se dare elemosinas a priori anno que se vent ad vos. Vel a priori anno id est preceperat. Quod dicit. Plus est velle quam facere iuxta illud Eccl. 18. Verbum melius est quam datum etc. Et ideo debetis esse prompti ad dandum. Et quod estis prompti ad dandum ideo nunc quod habuistis in animo perficite factum. alioquin illa voluntas esset frustra. 1. Jo. 4. Non diligam? Verbo neque lingua etc. Ioh. 1. Qui cepit in vobis etc. Et huius ratio est ut quemadmodum prompti estis ad volendum ita prompti ad faciendum. et hoc ex eo quod habetis id est finem facultatem vestram. Consequenter exponit hoc quod dicit. ex eo quod habetis dicens. Si enim etc. Quod dicit. Dico quod debetis esse prompti ad dandum et hoc non intendit vos grauare ut se detis supra facultates

vestras. quod forte voluntas prompta ad hoc inducit vos. sed in hoc opus non potest imitari voluntatem. Et ideo dicit. Ex eo quod habetis. Enim pro quia si voluntas prompta est finem id quod habet accepta est. Et huius ratio est quod voluntas accepta in perfectione operationis. opus autem non perficit nisi ex eo quod habet. Et ideo dicit finem id quod habet accepta est Tobie. 4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue etc. Consequenter cum dicit. Non enim ut alijs etc. remouet suspensionem quandam. Possent enim dicere isti. Si datus elemosinas pauperibus sanctis qui sunt in hierusalem ipsi otiosi viuunt et nos damna patiemur et sic efficietur miser. Ideo apertius primo hanc suspensionem excludit. Secundo suam intentionem manifestat. Tertio vero confirmat per auctoritatem et remouet suspensionem cum dicit. Non enim ut alijs etc. Quod dicit. Non enim ita mones vos elemosinas dare. ut alijs sit refrigerium otiosi otiose viuere de elemosinis vestris. vobis autem sit tribulatio id est paupertas quia vos affligimini. Sed nunquid peccant illi qui dant omnia alijs et ipsi postea paupertate affligunt. Et videtur quod sic per hec verba apostoli. Respondeo dicendum est finem glo. quod melius esset totum dare pauperibus et affligi pro Christo. Illud autem quod dicit hic descendendo fecit. quia infirmis erant et forte deficerent si egestate premerent. Intentionem suam manifestat cum dicit. Sed ex equalitate etc. Quod dicit. Non intendo tribulationem vestram. sed quandam equalitatem ut se vestra abundantia etc. Quod potest exponi tripliciter. Primo de equalitate quantitatis. Secundo de equalitate proportionis. Tertio de equalitate voluntatis. De equalitate quantitatis quod isti se in corinthijs abundabant in temporalibus et deficiebant in spiritualibus. sancti vero qui erant in hierusalem abundabant in spiritualibus et deficiebant in temporalibus. Vult ergo ut fiat inter eos equalitas quantitatis. ut se illi qui abundant in temporalibus dent medietatem omnium illis qui deficiunt in eis. et isti dent medietatem spiritualium eis: ut sic sint equaliter diuites. Et ideo hoc potest dicit ut se ex equalitate quantitatis id est dimidia parte bonorum vestrorum in presenti tempore quod breue est vestra abundantia terrenorum suppleat illorum inopiam que deseruerunt omnia mundi. et ut illorum abundantia se in spiritualibus sit supplementum vestre inopie in spiritualibus id est ut sitis principes vite eterne. Luc. 16. Facite vobis amicos etc. Eccl. 14. In diuitiis fortis datus et accipere. da temporalia et accipe spiritualia. De equalitate autem proportionis exponit sic et melius. Vos corinthijs habetis abundantiam temporalium. sancti qui sunt in hierusalem abundantiam spiritualium. Volo ergo ex quadam equalitate non quod sit finem quantitatem sed finem proportionem. ut se sicut illi sustentant elemosinas vestras: ita vos ditemini precibus illorum apud deum. Sicut enim illi non ita dant de bonis vestris temporalibus sicut vos estis diuites. ita nec vos bonis illorum spiritualibus ditemini sicut illi. Et ideo dicit. Sed ex equalitate predicta vestra abundantia terrenorum illorum se sanctorum inopiam in temporalibus suppleat. ut et illorum abundantia in spiritualibus etc. 1. corin. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus etc. De equalitate autem voluntatis exponit sic. Sed ex equalitate etc. id est volo quod sit in vobis equalitas voluntatis ut se sicut illi habent voluntatem comunicandi vobis ea in quibus abundantia: ita vos habeatis voluntatem comunicandi illis ea in quibus abundatis. Consequenter confirmat hoc per auctoritatem. Unde dicit. Sicut scriptum est scilicet Exo. 16. Qui multum salicet collegerat de manna id est qui amplius habuit quam gomor non abundauit id est non habuit ultra sufficientiam suam. et qui modicum non minorauit id est non defecit ei. quia omnes equaliter abundabant. ut dicitur Exo. 16. Et sic nec qui plus collegerat plus habuit. nec qui minus parauerat repperit minus

Explanatio sancti Thome

Lectio tertia.

Gratias autem deo qui dedit eandem sollicitudinem p vobis in corde titi quonia exhortatione quidem suscepit. sed cum sollicitior esset sua voluntate perfectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum cuius laus est in euangelio p omnes ecclesias. Non solum autem: sed et ordinatus est ab ecclesijs comes pegrinationis nostre in hanc gratiaz que ministrat a nobis ad dñi gloriã et destinata voluntate nostraz. Deuitantes hoc ne qd nos vituperet in hac plenitudine que ministrat a nobis in domini gloriã. Prouidentem est bona non solum coram deo. sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis fratrem nostrum quem probauimus in multis sepe sollicitus esse: nunc autem multo sollicitior: confidentia multa in vos siue p Tito qui est socius meus: et in vobis adiutor: siue fratres nostri apostoli ecclesiarum glorie christi. Offensionem ergo que est charitatis vestre et nostre glorie p vobis in illos ostendite in facie ecclesiarum.

Postquam tractauit de collectis dandis: hic sequenter tractat de ministris p quos collecte fiat. Et circa hoc duo facit. Primo nominat eos. Secundo recomendat eos corinthijs ibi. Offensionem quod est et cetera. Circa primum tria facit. Primo enim nominat titum. Secundo barnabam ibi. Misimus autem cum illis et cetera. Circa titum duo commendat. scilicet eius sollicitudinem et sollicitudinis signum ibi. Quonia exhortatione et cetera. Dicit ergo primo Dixi supra quod rogavi titum ut proficeret gratiam istam de elemosynis colligendis quod iminet sollicitudini mee: ex ordinatione apostolorum de quo inueni etiam ipsum sollicitum. Et ideo ago gratias deo. qui dedit eandem sollicitudinem quam ego habeo p vobis exhortandis et promouendis ad opera misericordie in corde titi. quod ipse etiam sollicitus est sicut et ego ut proficiat in vobis hanc gratiam Heb. 6. Cupimus unquamque vestrum eandem ostentare sollicitudinem et cetera. Ro. 12. Qui preest in sollicitudine. Signum autem huius sollicitudinis est quod quando rogavi eum ipse consensit exhortationi mee. Et ideo dicit. Quonia exhortationis quidem suscepit. Et quod profectus est quod petij. Unde dicit. Sed cum sollicitior esset sua voluntate quam mea exhortatione: profectus est ad vos. qui tamen primo recusabat venire propter peccata vestra. Ro. 12. Sollicitudine non pigri. Consequenter cum dicit. Misimus autem et cetera. Tractat de secundo ministro. Et circa hoc duo facit. Primo commendat ipsum. Secundo subdit rationem quare mittit tam solennes nuncios ibi. Deuitantes et cetera. Frater iste scilicet quosdam Lucas. vel scilicet alios Barnabas. quem quidem commendat ex tribus scilicet ex fama. quod laus eius scilicet luce est in euangelio ab eo scripto p omnes ecclesias. quia est approbatus p apostolos. Et cuius laus scilicet barnabe est in euangelio predicato ab ipso p omnes ecclesias. quod iudeis et gentibus. Unde dicit de barnaba act. 10. quod erat vir bonus plenus fide et spiritu sancto. Item commendat ipsum ex societate sua quia non solum est famosus. sed ordinatus est ab ecclesijs iudee comes pegrinationis mee. i. predicationis mee qua ut pegrini mun-

dum circumuis supra. 5. Quamdiu sumus in corpore pegrinamus a deo et cetera. Et hoc est verum de luca quia ipse fuit itynus de. lxxij. discipulis et socijs pauli. De barnaba scilicet militet. quia p spiritu sanctum dicit act. 13. Segregate michi barnabam et paulum in opus et cetera. Et factus est comes in hanc gratiam scilicet collectionis elemosinarum. Vel in hac gratiam scilicet predicationis de qua dicit Ep. 3. Mibi autem omnium sanctorum minimo et cetera. Item commendat eum ex officio: quod est minister gratie que ministrat a nobis. i. corin. 4. Sic nos existimet homo. supra. 3. Qui et idoneos nos et cetera. Ministrat autem gratia ista ad domini gloriam ut scilicet deo minus nos glorificet scilicet de elemosynis factis de conuersione apostolorum predicationis nostre. quod ut dicit puer. 14. In multitudine populi et cetera. Item ministrat ut voluntas nostra impleatur. quia nos hoc volumus fieri. Et ideo dicit. Et voluntatem nostram destinata id est predestinata a deo qui predestinauit ab eterno nos talem voluntatem habere. Consequenter cum dicit. Deuitantes et cetera. assignat causam quare mittat tam solennes nuncios. Et primo huius ratione assignat. Secundo probat ibi. Prouidentem est quod est ergo. Causa autem tam solennes nuncios mittimus est ista ut sciatis negotium huius mundi inesse cordi nostro. Et ideo dicit. Deuitantes hoc scilicet ne quis et cetera. Quasi dicat ut vitemus vituperium quod posset michi impingi ab aliquibus vel negligentie. si non mitterem strenuos. Vel fraudis: si non mitterem securos. Et isti strenui erant et prompti et securi. quod dati ab ecclesijs: et electi per spiritu sanctum supra. 6. Meministis vultum villam offensionem et cetera. Dicit autem in hac plenitudine scilicet elemosynarum vel conuersionis gentium. i. Pe. 4. Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum et cetera. Et hoc probat dicens. Prouidentem est et cetera. Quasi dicat. Bene dico deuitantes quod prouidentem est id est prouidere debemus bona id est ut opera nostra bona sint non solum coram deo ut ei placeam: sed etiam coram hominibus ut scilicet eis bona videantur. Et hoc facit sollicitus procurando et bonos imitando. Ro. 12. Adherentes bono et cetera. Consequenter cum dicit. Misimus autem cum illis et fratres nostros et cetera. tractat de tertio nuncio scilicet de apollo. Abi duo facit. Primo commendat eum de sollicitudine cum dicit. Quem scilicet apollo probauimus sepe sollicitus esse de salute vestra. nunc autem multo sollicitior est. Nam sicut supra apparet apollo fuit primus qui post apostolorum predicauit apud corinthios. i. corin. 3. Ego plantavi apollo rigauit. Dic autem turbatus de peccato ipsorum recessit et sollicitudinem quam ante p ipsis habebat postposuit. Hic vero audita conuersione eorum factus est de salute ipsorum sollicitior quam antea esset. Ep. 4. Solliciti seruare unitatem spiritus et cetera. Ro. 12. Qui preest in sollicitudine et cetera. Secundo subdit causam sollicitudinis quam assumpsit. quia apollo confidit de vobis ex his que titus dicit de vobis commendans vos. Unde dicit. Multa confidentia in vobis siue pro Tito qui est socius meus. et quia libenter venit in societate titi et luce scilicet Barnabe. et quia ad hoc inductus fuit ab apostolis ecclesiarum que sunt in iudea. Et ideo dicit. Siue fratres nostri apostoli ecclesiarum iudee scilicet induxerunt eum ad sollicitudinem habendam pro vobis. que quidem ecclesie sunt glorie christi id est ad gloriam christi. Consequenter cum dicit. Offensionem ergo que est et cetera. Recomendat istos nuncios corinthijs dicens. Quia tales misimus ad vos ergo offensionem et cetera. id est ostendatis opere quod charitatem habetis ad eos et quod vere commendati vos et quod ego vere gloriarer si de vobis in facie ecclesiarum ad quas veni et quibus predicauit. Et in facie omnium ecclesiarum. quod quod facitis eis innotescet omnibus ecclesijs.

Capitulum nonum.

in epistolam II ad Corinthios. IX.

Nam de ministerio quod fit in sanctos ex abundanti est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animi vestrum pro quo de vobis glorior apud macedones: quonia et achaya parata est ab anno preterito: et vestra emulatio prouocauit plurimos. Misimus autem fratres ut ne quod gloriatur de vobis euacuet in hac parte: ut quomodo dixi parati sitis ne cum venerint macedones mecum et inuenerint vos imparatos: erubescamus nos et non dicamus vos in hac substantia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres ut preueniant ad vos et preparent repromissam benedictionem hanc paratam esse si quasi benedictionem non quasi auaricia. Hoc autem dico. Qui parce seminat: parce et metet. et qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus et metet. Unusquisque prout destinauit in corde suo: non ex tristitia aut ex necessitate. Hylare enim dator diliget deus. Supra apud inducit corinthios ad dandum elemosinas sanctis qui sunt in hierusalem. hic vero inducit eos quantum ad modum dandi. ut scilicet hilariter et abundanter dent. Unde ad hoc quod bene darent misit tam solennes nuncios. Circa hoc autem duo facit. Primo excludit opinatam causam de missio ne nuncios. Secundo vero astruit veram ibi. Misimus autem fratres etc. Circa primum tria facit. Primo excludit suspensionem. Secundo ad hoc causam assignat. Ibi. Scio enim promptus etc. Tercio causam probat. Ibi. Pro quo de vobis etc. Quantum ad primum quia posset aliquis dicere apostolo. tu mones nos quod bene recipiamus nuncios quos mittis. Sed quare non potius mones quod bene largiamur elemosinas. Et ideo hoc remouens dicit. Non est necessarium quod hoc moneat. Nam id est quod de ministerio quod fit in sanctos ex abundantia est. id est superfluum est mihi scribere vobis. et huius causa est. quod scio promptum animi vestrum ad subueniendum eis. per paratum cor meum deus etc. Quod autem sit promptus animus vester. pro ex duobus. Primo ex gloriatioe nostra de vobis. Nam nisi sciret vos esse promptos ad hoc: non fuisset gloriatus de vobis apud alios. Et ideo dicit. Pro quo scilicet pro promptitudine animi vestri supra. primo. gloria nostra etc. Et supra. 7. Multa mihi fiducia etc. Glorior apud macedones de hoc scilicet quonia et achaya in qua corinthus metropolis est. Parata est ab anno preterito ad largiendum. Secundo ex effectu quod vos prout castis exemplo vestro multos ad hoc. Et ideo dicit. Et vestra emulatio. i. amor et studium imitandi vos. prout cauit plurimos: quod enim audierunt vos bene correctos. proficere: prout canent plurimi scilicet ad proficiendum. prout. 27. Ferrum ferro acuit etc. Sal. 4. Bonum autem emulam etc. 1. corinth. 12. Emulamini carismata etc. Consequenter cum dicit. Misimus autem fratres etc. ponit veram causam quare misit tam solennes nuncios. Et primo ponit in generali. Secundo in speciali ibi. Et quemadmodum dixi etc. Circa primum duo facit. Primo assignat veram causam dicens. Causa autem quare istos misit est non quod credam vos nolle subuenire pauperibus: sed ut ne quod gloriatur de vobis id est ne gloria nostra quaz habemus de vobis euacuetur scilicet desiceretis. 1. corinth. 9. Bonum est mihi mori etc. Euacuetur in hac parte. quod bene constat mihi quod in alijs virtutibus et bonis non euacuabitis gloriam meam. Secundo cum

dicit. ut quemadmodum etc. hortat eos ad debitum modum dandi. Et primo hortat ut dent prompte. Secundo ut dent abundanter ibi. Necessarium ergo etc. Tercio ut dent hilariter. Ibi. Unusquisque prout destinauit etc. Circa primum duo facit. Primo ponit modum dandi. Secundo rationem assignat ibi. Ne cum venero etc. Modus dandi est ut scilicet prompte det. et ideo dicit. Ideo misit nuncios ut sitis parati ad dandum quemadmodum dixi scilicet exemplo macedonum. Mat. 25. Que parate erant etc. prout. 3. Ne dicas amico tuo vade et reuertere et cras dabo tibi etc. Ratio autem huius est ne cum venerint mecum scilicet ad vos macedones et inuenerint vos imparatos erubescamus nos. Quasi dicat. Vobis erit confusio si promissis et non soluisitis. Sed esto quod sustineatis et non curetis de promotione vestra. adminus caueatis erubescentie nostre qui diximus vos esse paratos. Consequenter cum dicit. Necessarium ergo etc. hortat eos quod dent abundanter. Et circa hoc duo facit. Primo ponit ammonitionem. Secundo ammonitionis rationem assignat ibi. Hoc autem dico etc. Dicit ergo. ne ergo euacuet gloria nostra et vos non erubescatis necessarium existimas rogare fratres scilicet lucam titum et appollo ut perueniant ad nos ut preparent repromissam benedictionem hanc scilicet elemosinam que dicitur benedictio. quod est causa eterne benedictionis. Nam per actionem dandi homo benedicitur a deo. per. Sic accipiet benedictionem a domino etc. Et ab hominibus. Eccl. 13. Splendorem in panibus etc. prout. 22. Qui prout est ad misericordiam etc. Et dicit hanc benedictionem paratam esse quasi benedictionem. i. abundanter et non quasi auaricia. i. parce. Ratio autem quare debeant abundanter dare est quod ego dico quod qui parce seminat. i. qui parum dat in mundo isto: parce et metet id est parum recipiet in alio seculo. Et dicit seminat quod semina nostra sunt quicquid boni fecerimus. Et iterum quod parum seminat non multum colliget. Sal. 5. Que seminauerit homo hec et metet sed multiplicata. Et qui seminat in benedictionibus. i. abundanter metet de benedictionibus scilicet dei largam retributionem. Sed nunc non metent oes abundanter. Dicendum est sic: quantum ad quantitatem premij. quod oes affluet et nullus ibi parce metet. Sed dicit abundanter quia si ad proportionem et bene seminatum. 1. corinth. 15. Stella a stella differt. Abundanter oes quantum ad premium substantiale: sed parce in comparatione ad premium accidentale in quo est sanctorum differentia supra. 8. Qui multum non abundauit et qui modicum non minorauit. Exo. 16. Quia aliqui aliquis parce dat et cum magna caritate et abundanter metet. Consequenter cum dicit. Unusquisque enim etc. Hortat eos ut dent hilariter et gaudeant. Et circa hoc duo facit. Primo enim monet eos ad gaudentem dandum. Secundo rationem assignat ibi. Hylare enim dator etc. Dicit ergo. Dico quod paratis illud quod vultis dare quasi benedictionem. i. abundanter et dignum benedictione: non quasi auaritia. i. non parce. Et hoc dicit quia illud quod sponte fit non potest auare fieri. Et ideo subdit unusquisque enim etc. quasi non auare quod unusquisque scilicet vestrum det elemosinas prout destinauit. i. deliberauit in corde suo scilicet secum conferens. Non ex tristitia autem etc. Quasi dicat. Unusquisque volutarie det non coacte. Ponit autem duo opposita volutarie scilicet tristitia et necessitate. Voluntarium enim tollit per violentiam. est autem duplex violentus scilicet simplex et mixtus. Simplex quoniam absolute quis cogit ad aliquid contra voluntatem suam faciendum. Ad remouendum ergo illud violentum dicit. non ex necessitate. quod fieret si daretur coacti mandato apostoli. Quasi dicat. Non cogat vos ad dandum mandatum nostrum sed moueat vos ad hoc prompta voluntas vestra. Exo. 35. Dis voluntarius etc. Violentum mixtum est quoniam quis non absolute cogit ad faciendum aliquid contra voluntatem suam sed scilicet quod nisi faciat incurrit malum dandum sicut si non proiecit mercem in mari nauis submergit. Et ideo aliquid non fit sponte et aliquo modo violenter in quantum scilicet cogunt timore

Explanatio sancti Thome

maioris damni. Et ergo hoc remoueat dixit. Non ex tristitia. id est non ita quod sit violentum mixtum. Quasi dicat. Non ex timore confusionis ne se erubescatis. sed ex gaudio quod conceperitis propter amorem quem habetis ad sanctos. ps. Voluntarie sacrificabo tibi etc. Consequenter cum dicit. Hylarem enim datorem etc. ratione assignat et est talis. Omnis remunerato: remunerat ea que sunt remuneratioe digna hec autem sunt solum actus virtutum. in actibus autem virtutum duo sunt species actus et modus agendi qui est ex parte agentis. Unde nisi in actu virtutis virtus istorum concurrat: non dicitur actus ille simpliciter virtuosus. sicut non dicitur perfecte iustus secundum virtutem qui operatur opera iusticie nisi delectabiliter et cum gaudio operetur. Et licet apud homines qui non vident nisi ea que parent sufficiat quod quis operetur actus virtutis secundum ipsam speciem actus. puta actus iusticie tamen apud deum qui intuetur eorum non sufficit quod solum operetur actum virtutis secundum speciem nisi etiam secundum debitum modum operetur scilicet delectabiliter et cum gaudio. Et ideo non datur tantum sed bylariter datorem diligit deus. id est approbat et remunerat et non tristem et remurmurantem. ps. Seruare dicitur in leticia. Eccl. 35. In omni dato bylariter etc. Rom. 12. Qui miseretur in bylaritate etc.

Lectio secunda.

Potens est enim deus omnem gratiam abundare facere in vobis ut in omnibus semper omne sufficientiam habentes abundetis in omni opere bonum sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti: et panem ad manducandum prestabit. Et multiplicabit semen vestrum et auget incrementa frugum iusticie vestre ut in omnibus locupletati abundantis in omnem simplicitate que operatur per nos gratiarum actione deo. Quonia ministerium huius officij non solum supplet ea que desunt sanctis: sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino per probationem ministerij huius: glorificantes deum in obedientia confessionis vestre in euangelio christi et simplicitate communicationis vestre in illos et in omnes et in ipsorum obsecratione pro vobis. desiderantium vos propter eminentem gratiam dei in vobis. Hec ago deo super inenarrabili dono. Hic ratione trium modorum assignat. Et circa hoc duo facit. Primo assignat rationem sumptam ex parte ipsorum. Secundo rationem sumptam ex parte dei. ibi. Et in omnibus locupletati etc. Circa primum duo facit. Primo ponit rationem. Secundo ipsam confirmat ibi. Sicut scriptum est etc. Ratio est talis. Quicquid datur aliquid quod multiplicat sibi: debet prompte abundantanter et bylariter dare sicut videmus quod homines abundantanter et prompte et cum gaudio seminant semen quia multiplicatum illud recolligunt. Et ergo elemosine multiplicentur dantibus. debent illas prompte gaudere et abundantanter facere. Et quod multiplicentur patet. quia deus potens est omnem gratiam etc. Quasi dicat. Non timeatis dare ne indigentia grauati peniteat aliqui vos dedisse. quia potens est deus facere abundare omnem gratiam spiritus sancti qua scilicet semper gaudeatis de bono opere quod fecistis. Et ideo dicit. Abundetis in omni opere bonum. id est abundantanter affectu habetis

beatius ad dandum elemosinas sicut habetis ad alia opera virtutum et tamen habeatis plenam sufficientiam bonorum exteriorum. Et ideo dicit. Semper omnem sufficientiam habentes. id est vos reputates habere. Iaco. 1. Qui dat omnibus affluenter. Et 1. thymo. 6. Habentes alimenta etc. De ista sufficientia dicit infra 12. Sufficit tibi gratia mea etc. De multiplicatione vero dicit. Esa. 30. Dabit pluuia semini tuo. Mat. 19. Omnis qui reliquit etc. centuplum accipiet etc. Consequenter cum dicit. Sicut scriptum est etc. probat postquam rationem dupliciter sequeatur et experimeto ibi. Qui autem ministrat etc. probat autem auctoritate dicens. Recte debet mouere predicta ratio. quod sicut scriptum est etc. Sed glo. in alio sensu adducit hanc auctoritatem quod sit intentio apostoli. Nam glo. sic adducit. Dico quod abidetur in omni opere bonum scilicet largitio elemosinarum quod scriptum est. Dispersit dedit pauperibus. Sed apostolus videtur hoc velle referre ad illud quod dicit abundare facere omnem gratiam. Et hoc quod ille qui dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in eternum. Eccl. 12. Bene fac iusto et inuenies retributionem etc. In auctoritate autem proposita notatur quibus sit dandum: quia pauperibus id est indigentibus etc. Luc. 14. Cum facis prandium etc. Quomodo dandum. quia dispersit quod non totum vni sed diuisim multis. 1. corin. 12. Si distribuero etc. Esa. 58. Frange esurienti panem etc. Iusticia eius. id est virtus iusticie manet in eternum. quod ex quo datur auget voluntas ad dandum. vel iusticia eius. id est merces iusticie eius manet in eternum. Prouer. 11. Seminanti iusticia merces fidelis etc. Experimeto autem confirmat rationem predictam dicens. Qui autem ministrat etc. Quasi dicat. Experti estis quod hoc ipsum quod datis in elemosinas habetis a deo. Et ideo debetis libere dare amore dei. 1. paral. vlti. Tua sunt omnia que de manu etc. Et insinuat tria circa hoc. Primum est quod aliquis posset dicere. Si nos damus modo quod habemus deficiet nobis necessaria ad quotidianum victum. Et hoc remouet. quod non solum semen ministrat seminanti sed panem. id est necessaria vite prestabit ad manducandum. ps. Qui dat escam omni carni. Secundum est quod posses dicere quod si multum darem deficiet nobis que habemus ad dandum iterum. Et hoc apostolus remouet dicens quod non deficiet sed multiplicabit semen vestrum vni scilicet plures elemosinas facitis. Tercium est quod posset aliquis dicere quod si modo damus deficiet nobis voluntas ad dandum et penitebit nos dedisse. Et hoc remouet dicens. Et auget incrementa frugum iusticie vestre. id est instanti auget facultatem et voluntatem dandi elemosinas ex quibus procedit iusticia vestra quod semper parati et prompti eritis ad dandum elemosinas et quod fruges maxime erunt in comparatione ad paruum semen. Prouer. 3. De primitiis frugum tuarum da pauperibus. Leuit. 25. Dabo benedictionem etc. 1. thi. 4. Pietas ad omnia valet. Deinde cum dicit. Et in omnibus locupletati etc. assignat rationem quare prompte abundantanter et bylariter dare debeatur ex parte ipsorum dantium. hic assignat rationem ex parte ipsius dei pro quo dare debet. Et primo assignat rationem. Secundo manifestat eam ibi. Quonia ministerium huius officij etc. In ratione autem assignanda tria considerant. quorum primum est ipsorum locupletatio quod responderet premissis dixerat cum supra. Multiplicabit semen vestrum et auget incrementa frugum iusticie vestre. et hoc primum sumit dicens. Et ut in omnibus locupletati. id est in corporalibus quod in spiritualibus bonis. 1. corin. 1. Diuites facti estis etc. Sed ne aliquis crederet quod finis ponendus sit in abundantia diuitiarum temporalium. aut quod diuitias spirituales aliquis otiose absque vni possidere deberet. refert hoc primum ad aliud secundum dicens. Abundetis in omnem id est perfectam simplicitatem. id est largitio simpliciter animo facta ut largitio procedat ex diuitiis temporalibus simplicitas autem ex spiritualibus. Prouer. 10. Simplicitas

in epistolam II ad Corinthios. x

fustoz ꝛc. Sed ꝛ hocipm ad aliū finem referenduz est scz ad deū. Et ideo tercio subdit que. s. largitio simplex. ope rat per nos. id est mediātibus nobis gratiarū actionē deo ꝛc. **Thes. 5.** In omnibꝫ gratias agite ꝛc. **¶** Deinde cum dicit. Quoniam ministeriū ꝛc. manifestat rationē supra pos itā scz quomodo eoz largitio operet gratiarū actionē deo Et primo hoc ostendit. Scdo ponit gratiarū actionis ma teriā ibi. Glorificātes deum ꝛc. Tercio ipse prorumpit in gratiarū actionē. ibi. Gratias deo ꝛc. Dicit ergo. Dico qꝫ largitio vestra operat gratiarū actiones deo. quia ministe riū huius officij vestri quo subuenitis sanctis multa bona habet. quia nō solum supplet ea que desunt sanctis ꝛtuz ad temporalia supra. 8. Vestra abundantia illoꝝ inopiā sup plet ꝛc. Non solū ergo hoc bonū sequitur inde. sed etiā qꝫ ipi orant pro vobis ꝛ agunt gratias deo: probātes ꝛ ap probātes ministratiōem vestram. Et hoc est qꝫ dicit sed eti am abundat. id est exerescit in actiōe gratiarū: que fit per multos non solū perfectos sed per alios fideles pauperes qui inde agūt gratias deo in dño qui eos ad hoc mouet: videntes ꝛ pbātes ministrū vestrū supra. pꝛio. **¶** Et ex multax personis fieri ꝛc. huius quidē gratiarū actiōis materia est. ppter tria. Primo propter eoz fidem quā ac ceperūt ꝛ ideo dicit. Dico qꝫ abundat in gratiarū actione. Glorificātes scz fideles deū in obedientia cōfessionis ves tre. id est de cōfessione fidei vestre: quā confitemini ꝛ tre ditis in xpm. **Mat. 5.** Sic luceat lux vestra ꝛc. **Prover. 21.** Vir obediens loquetur victorias. Scdo propter eoz lar gitioē. Et ideo dicit. Glorificātes ꝛ in simplicitate com municatiōis vestre. id est pro largitiōe vestra in illos scz sanctos pauperes ꝛ in officis scz fideles qui indigent sim plici ꝛ puro animo facta. **Gal. 6.** Comunicet is qui cathe tizat verbo ei qui se cathetizat ꝛc. Et iter. Operemur bo nū ad omnes ꝛc. Tercio propter hoc qꝫ ipi viri sancti has bent a deo vt pꝛ eis agant gratias deo. Et ideo dicit. Glo rificātes etiā deū pro ipoz obsecratiōe pro vobis. id est glorificātes deum de hoc qꝫ ipi viri sancti obsecrant pro vo bis. ipoz dico desiderantiū vos videre in eterna beati tudine. ꝛ hoc propter eminentē gratiā dei in vobis. Et his ergo apostolꝫ prumpit in gratiarū actiōis deo dicens Gra tias ꝛc. id est quia tot bona inde proueniūt de ministerio vestro ego ago grās deo ꝛc. s. caritatis que maxime vide tur vigere in vobis qui subuenitis etiā illis qui sic agunt gratias deo et orant pꝛ vobis. Et hoc donū est inenerrabi le quia non potest dici quantū vile sit quia oculus nō vi dit nec auris audiuit ꝛc.

Capitulum decimuz.

Ipsē autē ego paulus obsecro vos per mansuetudinē et modestiam xpi qui in facie quidē humilis sū inter vos: absens autē confido in vobis. Rogo autem vos ne presens audeaz per eam cōfidentia qua existimoz audere in quosdam. qui arbitrantur nos tanquā scdm carnem ambulemus. In carne em̄ ambulantes: non tamen scdm carnem militamus. Nā arma militie nostre nō carnalia sunt: sed po tentia deo ad destructionē munitiōnū: consilia destruentes ꝛ omnē altitudinez extollen tem se aduersus scientiā dei. ꝛ in captiuitatē redigentes omnem intellectum in obsequiū christi: et in promptu habentes vlcisci om

nem inobedientiam cum impleta fuerit ves tra obedientia.

Postqꝫ tractauit de bonis ministris xpi ꝛ fidei: consequē ter apꝫ inuebitur cōtra falsos ministros et pseudo pro phetas. Et primo inuebitur cōtra eos. Scdo vero cōtra il los qui decepti ab eis adhibebāt eis in. 13. capi. ibi. **Eccl. 3. 5. ꝛc.** Circa primū duo facit. Primo excusat se de eis que imponūt sibi per rationē. Scdo vero per facti cuius dentia ibi. Que autē scdm faciem sunt ꝛc. Circa primū duo facit. Primo recusat se excusare per experimentū cū tamen posset. Scdo vero excusat per rationē ibi. Qui ar bitrant ꝛc. Circa primū tria facit. Primo premitit obse crationē. Scdo interponit illud quod imponit sibi a pꝛes do ibi. Qui in facie quidē ꝛc. Tercio recusat experimē tū ibi. Rogo autē ne. **¶** Dicit ergo. Ipse ego autē paulus. qui vos ꝛ alios ad elemosinas exhortor: ego in qꝫ ipse obse cro vos per mansuetudinē ꝛ modestiā xpi. De mansuetu dine xpi habet. **Mat. 11.** Discite a me quia mitis sum ꝛc. De modestia **Sap. 11.** Omnia in numero pōdere ꝛ mensura disposuisti ꝛc. Modestia em̄ nihil aliud est qꝫ modū seruare in agendis. Facit autē specialiter hic mentionē de mansuetudine ꝛ modestia xpi. quia pseudo ꝛ corinthij spe cialiter imponebāt paulo qꝫ cū esset presens apud eos cō uersaret humiliter. ꝛ cū esset absēs scriberet eis valde vire. Et ideo posuit illa duo que xps habuit vt sciant qꝫ apo stolus hec etiā ostendit ꝛ seruauit exēplo xpi. Et ideo con sequenter interpretat viciū sibi impositū: dicens. Ego ipse paulus id est vere humilis. quia paulus humilis ꝛ quies tus interpretat. 1. corinth. 15. Ego sum minimus ꝛc. Uns de ego ipse. id est vere paulus. ps. Tu quidē ipse es. **Eccl. 19.** Est qui nequiter humiliat se ꝛc. Et iacobi. 3. Ubi zelꝫ ꝛ pretio ibi in cōstantia ꝛc. Ego in qꝫ obsecro qui in facie id est exterius vt dicitis humilis sum inter vos. id est hu militer cōuersatus cū sum vobis presens: absens autē. id est cū sum absens a vobis quādo scz non timeo ledi ab illis quo vestrū confido in vobis. id est cōfidenter ago aspere vobis per epistolā scribens **Prover. 28. 9.** Iustus quasi leo cōfidens ꝛc. **¶** Consequenter cū dicit. Rogo autē ꝛc. recusat sumere experimentū. Isti em̄ credebant qꝫ aposto lus ex timore ductus conuersaret hūiliter iter eos ꝛ ideo dicit. Vos ita creditis sed ego rogo vos qui ꝛ ipse obsecro vt velitis experiri virū ego si necesse sit faciā in presentia quomō facio in absentia. Et ideo dicit. Ne presens. id est cū fuero apud vos audeā facere in vobis si necesse sit per eam cōfidentia. id est ita cōfidenter sicut existimoz a vobis audere. id est audacter ꝛ cōfidenter agere in quosdā incoz rectos dure reprehendēdo per lras etiā corrigendo. **Job 39.** Exultat audacter ꝛc. **¶** Deinde excusat se per rationē dicens. Qui arbitrant ꝛc. Quasi dicat. Et licz nollet expe rimēto me excusare ppter vos tamē ratio in promptu est ad excusandum me sufficienter. Circa hoc ergo tria facit. Primo ponit causā quare imponit ei quod dictū est. Se cundo destruit causam illā. Tercio cōfirmat per rationē. Causam autē quare hoc sibi imponit scilicet qꝫ presens sit humilis: absens autē seuerus ꝛ austerus est. quia isti arb trabant apostolū fm carnē ambulare. Et quia vnusquisqꝫ scdm regulā operis operat: finis autē habet rationē regu le. quia quilibet dirigit opus suū ad finem quē intendit. Qui ergo ponit finem suū in bonis carnalibus dicuntur ambulare scdm carnem. Et inde est qꝫ ita regulant opera sua vt cōsequant ea que sunt carnis. que quidē qꝫ possunt subtrahi ab hoibus ideo hoies qꝫ carnalia intendūt blāde se habent ad hoies et humiliter. Et ideo qꝫ credebāt apꝫ ambulare fm carnē. ideo credebāt qꝫ ppter hoc hūiliter puerfatꝫ sit inter eos. Sed hec rō nulla est ꝛ vana. ꝛ ideo

Explanatio sancti Thome

destruit eam dicens. In carne enim etc. quasi dicat: quod nos sumus in carne non possumus negare quod Ro. 8. dicitur Debitores sumus carne etc. sed quod nos regulemur secundum carnem ponendo in bonis carnalibus sine sine intentione nostra hoc est falsum. quia non secundum carnem militamus. id est virtus nostra que est quedam militia ut dicitur Job. 7. non regulamur secundum carnem. Et quod non militemus secundum carnem probat etiam dicitur. Nam arma nostra etc. Et primo ex militaribus armis sicut unusquisque pugator habet arma accomodata militie et pugne sue. Sed contra quod arma eorum qui pugnant secundum carnem sunt diuitie. voluptates. honores et potentie mundane et temporales. cum ergo arma nostra non sint butulmōi: quia arma militie nostre non sunt carnalia. sed potentia deo id est secundum deum vel ad honorem dei. Ergo nos non militamus secundum carnem. ¶ Secundo vero cum dicit ad destructionem etc. ponit virtutem armorum spiritualium. quorum quidem virtus patet ex triplici effectu eorum. Primus effectus est quod per ipsa arma confunduntur rebelles Et quibus ad hoc dicitur. Ad destructionem munitionum. Quasi dicat. Bene sunt potentia deo ut destruant rebelles. infra 2. y. 1. Et sit potentia exhortari etc. Jer. 1. Et euellas et destruas etc. Dicitur autem se aliqui contra deum dupliciter. Aliqui astutus consilijs sicut sunt tyranni qui machinantur praua consilia suis destruere que dei sunt ut ipsi tyrannificent. Et quantum ad hoc dicitur. Consilia destruentes. scilicet tyrannorum. Job. 5. Qui apprehendit sapientes etc. Aliqui vero per superbia vel altitudinem ingenij propriam. Et quantum ad hoc dicitur. Et omnem altitudinem scilicet sue superbie. Ro. 11. Non alta sapientes etc. id est superbia. Sive profunditate intellectus tam legisperitorum quam philosophorum. Ro. 8. Neque altitudo neque profunditas scilicet. 5. Et qui sapientes estis in oculis vestris. Altitudinem dico extollitis aduersus scientiam dei scilicet fidem quando est scientia dei que de deo dicuntur impugnatur. scilicet partu virginis et alia dei mirabilia. Eccl. 11. Repleta est terra scientia dei. Apoc. 3. Quia dicit altitudinem sathane. Apo. 3. Qui non cognouerunt altitudinem sathane. Ro. 11. Noli altum sapere sed time. ¶ Secundus effectus est conuersio infidelium ad fidem. Et quibus ad hoc dicitur. Et in captiuitate redigentes etc. quod quidem fit quando id quod homo scit totum supponit ministerio christi et fidei. ps. Ad alligandos reges eorum in cōpedibus etc. Eccl. 6. Inijce pedem tuum in cōpedes illi id est in documenta fidei etc. ¶ Tertius effectus est correctio peccantium. Et quantum ad hoc dicitur. Et in promptu habentes id est in promptu et liberum animu habentes ad puniendum omnem inobedientiam. ps. Gladij accipites in manibus etc. Et hoc erit cum impleta fuerit vestra obedientia. id est cum vos perfecte obedientes eritis. quia si vos velitis obedire non erit nobis locus puniendi inobedientiam aliorum et vestram. Vel tunc vlciscemur vos de inobedientia quando impleta fuerit obedientia vestra. id est quando destruet inobedientia vestra. contraria enim contrarijs curantur.

Lectio secunda.

Que autem secundum faciem sunt videte. Si quis confidit christi esse hoc cogitet iterum apud se: quia sicut et ipse christi est: ita et nos. Nam et si amplius aliquid gloriatur fuero de potestate nostra quam dedit nobis dominus in edificationem et non in destructionem vestram non erubescam. Et autem non existimet tanquam terrere vos per epistolas. Quoniam quidam epistole inquit graues sunt et fortes presentia autem corporis infirma et sermo contemptibilis hoc cogitet qui eiusmodi est. quod

quales sumus verbo per epistolas absentes tales et presentes in facto. Non enim audent inferere aut comparare nos quibusdam qui se ipsos commendant. sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes: et comparantes nosmetipsos nobis.

Supra excusauit se apostolus per rationem: hic excusat se per facti euidentiā. Et circa hoc duo facit. Primo enim committit auditoribus iudiciū suū excusatiōis. Secundo prosequitur suam causam ibi. Siquis confidit etc. Dicit ergo primo. Licet appareat per rationem falsus esse quod imponit mihi pseudo: tamen si aliqui sunt inter vos qui ratione non vincant et noluerint rationi acquiescere saltem videte. id est considerate ea que sunt secundum faciem. id est in manifesto apparet de me euidenter. Committit autem eis iudiciū cause sue ad ostendendam sinceritatem cordis sui. Job. 6. Respondete obsecro absque contradictione. Sed contra Jo. 7. Nolite secundum faciem iudicare. Non ergo bene dicitur hic: Que secundum faciem sunt videte. Respondet dicendum est quod ibi accipit secundum faciem pro bis que exterius apparet in homine scilicet pro sola veritate apparentia: hic vero pro ipsa veritate euangelica et aperta veritate secundum que non debet homo iudicare. quia aliquando contrarium latet in corde. Unde dicit Mat. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus etc. Hic vero accipit secundum faciem pro facti euidentiā secundum quam potest fieri iudiciū. Sicut aliter exponit scilicet secundum faciem. id est pseudo. Videte. id est attendite. Quasi dicat. Considerate facta eorum quia impossibile est qui inter multa bona que pretendunt non faciunt aliqua ex quibus poteritis cognoscere intentionem ipsorum prauam. Mat. 7. Ex fructibus eorum etc. Consequenter cum dicit. Siquis autem confidit etc. prosequitur causam suam. Contingit autem quod aliquis mouet contra aliquem deceptus auctoritate alicuius qui se magnū facit. Et sic corinthijs commoti erant contra apostolum decepti a pseudo. qui se dicebat maioris auctoritatis quam paulus quia venerat a iudea et quia erat primo conuersus. Et ideo apostolus duo facit. Primo euacuat auctoritatem illorum pseudo. Secundo prosequitur causam suam ibi. Et autem non existimet etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod pseudo non sint sibi preferendi. Secundo quod ipse est preferendus eis ibi. Nam et si amplius etc. Dicit ergo. Hoc inquam secundum faciem videte. Quod si quis de pseudo confidit se christi esse propter aliquod magnum quod fecerit: vel propter aliquid donum spirituale quod a christo receperit: hoc cogitet apud se. id est consideret diligenter in corde suo quia sicut ipse christi est. ita nos. Quasi dicat. Quicquid inuenit in eis totum inuenit in nobis unde debeamus dici et esse christi. 1. corinth. 7. Puto quod et ego spiritum christi habeam. Rom. 8. Siquis spiritum christi non habet hic non est eius. Non solum autem nos sumus christi sicut et ipsi: sed multo plus possumus gloriari quod sumus christi quam ipsi. Et hoc est quod dicit. Nam si amplius quam ipsi gloriatus fuero de potestate nostra quas scilicet potestate dedit mihi dominus. Act. 9. Quas electiōis est mihi iste. Gal. 2. Qui operatus est petro etc. Dedit inquam mihi potestatem hanc speciale ad conuertendum gentes in edificationem scilicet ecclesie et non in destructionem: sicut faciunt pseudo abutentes potestate eis data in contrarium ad quod data est. Nam licet potestas deest in edificationem ecclesie in fide et caritate. isti tamen querunt gloriam suam et non christi et ideo destruit. Et hoc faciebatur predicando obseruari legalia et faciendo questum. Si ergo amplius gloriatur de hac potestate quam habeo et in qua gloria christi quero et non mea non erubescam scilicet de homini commendatione mea quod non facio ad ostendendum me sed cum necessitate scilicet ut ostendens auctorem me esse magnam et pseudo nullam non decipiam ab eis de cetero. ¶ Abi non quod secundum grecum. duabus de causis potest aliquid commendare

in epistolam II ad Corinthios. x

absq; peccato scz quando aliquis prouocatur obprobrijs et conculcat. et hoc vt non desperet videns se conculcari et vt confutet aduersarios. Sic Job comendauit se multu sicut patet. 27. capi. vnde dicit. Neq; enim reprehendit me cor meū in omni vita mea etc. Item quando aliquis pre dicans veritatē: et alius aduersarius veritatis cōtradicit sibi et impedit manifestationē veritatis tūc hmoi predica tor debet se cōmendare et ostendere auctoritatē suā vt cōs futeat illum et vt trahat auditores ad veritatē. Et hoc facit ap̄tus in multis locis et hic etiā. Consequēter cū dicit. Et autē nō existimer etc. psequit causā suā ex facti euiden tia. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit falsū esse qd si bi imponit. Secdo rationē dicit assignat. Ibi. Non em̄ au demus etc. Tercio exponit rationē ipam. Ibi. Nos autēz non etc. Circa primū sciendū est qd sicut dictū est impone bat ap̄stolo qd in p̄ntia esset humilis. ppter timorē vel ppter gratiaz et fauorē captandū: et in absentia dure scriberet eis. Et ideo dicit ap̄tus qd nō est ita. sed si bene volūt cōsiderare que apparēt ita inueniēt cū facto qualē habue rūt scripto et hoc possunt experiri si volūt. Et hoc est qd di cit. Et autē non existimer a pseudo seu a vobis tanq; ter rerē vos vel timorē vobis tēuerē per ep̄las n̄ras quas vo bis mittim⁹ que qdē timorē nō inueniebāt vobis in p̄ntia. Et hoc ideo est qm̄ ipi scz pseudo inquit. eplē scz pauli graues sūt. i. dure et grauitur puniētēs et fortes. i. absq; ti more sed p̄ntia nō talis imo infirma. i. debilis et humilis qd respondet ei qd dicit fortes. et sermo. i. predicatio sua. et collocatio et exhortatio cōtēptibilis qd respondet ei qd dicit graues. Sed qui est hmoi. i. qui talia dicit de nobis cogitet. i. sciat certe qd quales sumus etc. id est tales erim⁹ p̄ntes cū venimus ad vos quales sum⁹ per ep̄laz absen tes si necesse fuerit. Causas autē quare ap̄tus se habuit hu militer ad eos manifestat ap̄tus. 1. ad corinth. 2. Et ego fratres cū timore multo et tremore etc. qd faciebat quia nō erāt firmi in fide. Et voluit eos per dulcedinē sue cōuer sationis firmare. Quare autē locutus fuerit sibi plana et p̄ dicauerit eis nō subtilia insinuat. 1. corinth. 3. dicens: Tanq; paruulis in xpo lac potū dedi vobis etc. Mondiz em̄ erant capaces altioris doctrine. Consequēter cū di cit. Non em̄ audemus etc. ostendit rationē dicit sui dices Dico qd nō sumus similes pseudo. nec etiā est vep qd im ponit nobis qd ego non dico alia qd facere est necesse. Et ideo dicit. Non em̄ audemus nos inferre. i. dicere nos esse vnū ex eis aut cōparare. i. simile facere quibusdāz scz pseudo qui seipos vobis tantū cōmendāt. et tamen ab aliis et a factis suis non cōmendant. Contra illud Prover. 27. Laudet te alienus et nō os tuū etc. Sed ipi in nobis etc. id est scdm ea que sunt in nobis cū mensuramus sacra nostra et dicta. Quasi dicat. Illa dicimus de nobis que sunt p̄portionata nobis id est cōmensurata factis nostris. Gal. vlti. Anusquisq; opus suū p̄bet etc. Sed cōtra. 4. dicit. Commēdantes nosmetipos ad oēm conscientiā etc. Ergo nō bene dixit. Respondeo. dicendū est qd aliud est cōmendare seipm̄ ad conscientiā: et aliud ad aures. Nā ad cōscientias hominū cōmendamus nosipos cum bene agi mus. et hoc est bonū. Ad aures autē cōmendamus nosmet ipos verbis tantū et hoc est malū. Primo mō cōmendant se iusti et ap̄tus. Secdo modo pseudo et hypocrite.

Lectio tertia.

Nos autē non in immensum gloriabi mur: sed scdm mensuraz regule qua mensus est nobis deus mensurā per tingendi vsq; ad vos. Non em̄ quasi nō per tingētes ad vos supertendimus nos. Usq;

ad vos em̄ peruenimus in euangelio xpi nō in immensum gloriātes in alienis laborib⁹. Spem autē habentes crescentis fidei vestre in vobis magnificari scdm regulā nostraz in abundantia etiam in illa que vltra vos sunt euāgelizare nō aliena regula in his que pre parata sunt gloriari. Qui autem gloriā in dño gloriē. Non em̄ qui seipm̄ cōmendat: ille p̄batus est: sed que deus cōmendat.

Supra ap̄tus ostendit rationē eoz que dixerat: hic conse quēter ipam rationē manifestat. Dixerat em̄ qd cōmensu rabat se sibi: et nō excedebat mensurā suam. Potest autēz aliq; in gloriando et cōmendando se excedere dupliciter. Primo q̄tus ad id de quo gloriā. puta si quis gloriā de eo qd non habet. Secdo q̄tum ad id in quo gloriā. puta si quis habēs aliquid ex alio: gloriā in ipō tanq; a se has beret. Et ideo ap̄tus ostendit qd neutro istoz modoz exce dit mensurā gloriādo vel laudando se. Et primo q̄tus ad primū. Secdo quantū ad secundū ibi. Qui autē gloriā etc. Circa primū duo facit. Primo p̄bat qd nō excedit mensu ram suā quantū ad gloriā de preferitis. Secdo quantū ad gloriā de futuris ibi. Spem autē habentes etc. Circa pri mū tria facit. Primo p̄ponit intentū. Secdo p̄positū pro bat ibi. Non em̄ quasi nō etc. Tercio cōcludit ibi. Nec in imensum gloriātes etc. Dicit ergo primo. dico qd metimur et compamus nosmetipos nobis: faciētes scz fm̄ qd officii nostrū exigit. hoc autē nos agentes nō in immensum gloriā mur. i. nō excedimus mensurā nostrā exercendo potesta tem nostrā et cōmendando nos. Leuiti. 19. Nolite facere iniquū etc. Sed gloriāmur fm̄ mensurā qua mēsus est no bis deus. Ho. hoc exponit de mensura prelatis apli et dicit fm̄ mensurā. i. fm̄ mensurātū mibi a deo populū cui us ego sum flatus et regula ad dirigendū. Sed hoc ideo potest vniuersalius accipi: vt mensura regule dicat quāti tas gratie. Et tūc est sensus. Sed gloriāmur fm̄ mensurā qua mensus est nobis deus. i. fm̄ q̄titates gratie quā des dit nobis deus. Ep̄hes. 4. Unicuiq; data est gratia etc. Que quidē gratia est nobis regula: ne extollamur et de niemus a deo. Quā mensus est nobis deus qd quicquid boni facimus: in euāgelizando et in cōuersione vestra et alioz. totum est ex deo mibi in vobis et in alijs cōcessum. 1. corinth. 3. Ego plātaui. appolo rigauit etc. Mensurā dico pertingendi vsq; ad vos. quia vos estis sub mensu ra gratie mibi dare per quā conuersi estis ad xpm̄ et obedī tis euāgelio. Hoc est ergo quod p̄ponit scz qd nō excedit mensurā suam gloriādo et laudando se qd sit eoz prelatus et qd per eum cōuersi sunt. Et qd ita sit scz qd pertingat vsq; ad eos. p̄bat consequēter cū dicit. Non em̄ quasi non per tingentes etc. Quasi dicat. Vere gloriāmur. Non em̄ su perextendimus nos in gratia vel in gloria vel in potesta te nostra quasi nō sumus pertingētes vsq; ad vos potesta te nostra et ministerio. Nā vsq; ad vos peruenim⁹ in euā gelio xpi. id est in predicatiōe euāgelij xpi. 1. corin. 4. In xpo iesu per euāgelij ego vos genui etc. et supra. 9. Nonne opus meū vos estis etc. Gal. 2. Qui operatus est petro in apostolatū etc. Et ideo cōcludit dicens. Igit̄ cuz gloriōz de vobis non gloriōz in immensum. Unde dicit. Non in immensum gloriātes etc. vbi alius fundamen tum fidei posuisset. Consequēter cum dicit. Spem au tem habentes etc. ostendit qd non excedit mensurā suam quantū ad gloriā de futuro. Sciendū est autem qd pre dicato: potest habere duplex argumentū glorie de predi catione sua. Vnū est vt conuersi ad predicationem suam proficiant in melius. Aliud: vt per ipos conuersos alijs

Explanatio sancti Thome

conuertant qz vt dicit Exodi. 36. Cortina cortinā trahit
zc. Et apoc. vlti. Qui audit dicat veni. Nam qñ quis vt
det alios conuertit facilius conuertit. Et qñ ad ista duo
apltus sperat augeri gloriā suaz de corinthijs. Primo scz
de pfectu eoz in melius. Et ideo dicit Dico qz nec in im
mensum gloriāmur de conuersione vestra per nos causata
olim. Sed adhuc habētes scz sumus spes magnificari in
futuro. i. augeri gloriā nostrā crescentis fidei vestre in vo
bis. i. de fide vestra crescete z pfecte in melius per nos
na opera. 1. Petri. 2. Lac occupate vt in eo crescatis
in salutē zc. Et iterū secūdo speramus magnificari in co
uersione alioz per vos. Et ideo dicit. In abundantia zc.
Id est in abundantia predicationis non solū in vobis. sed et
am in illa loca que vltra vos sunt. z hoc fm regulā nram
id est fm qz in iunctū est nobis a xpo. nō solū euangelizare
vobis sed oibus gentibus. Mar. vlti. Euntēs in mundū
vniuersū zc. Nec tamē sumus habētes spem in aliena re
gula. i. nō speram⁹ gloriari nec gloriāmur in aliqua alie
na regula. Quasi dicat. Non in illis que pparata sunt ab
alijs. i. quos alij dixerūt ad fidez. sed faciā fructū in illis
in quibus ab alijs nō est predicatū. Rom. 15. Predicauit
euangeliū hoc nō vbi noiatus est xpus. Contra est qz pe
trus pdicauit rome ante qz predicaret ibi paulus. Unde
dicendū est qz nō dicit hoc: recūsans pdicare vbi alius p
dicasset. sed dicit qz intendit predicare etiaz vbi non pre
dicasset aliquis. Consequēter cū dicit. Qui autē gloriā
tur zc. ostendit qz nō excedit mensurā suam quantū ad id
in quo gloriā dicit: Quia si ego gloriōr in eo in quo glo
riandū est non excedo. Cuz autē gloriandū sit in deo: qui
gloriā in dño gloriā. Jer. 9. In hoc gloriā qui gloriā
zc. Potest autē hoc exponi tripliciter. In modo in vo
mino gloriatur. vt ly domino venoret obiectū gloriandi.
Quasi dicat. Ex hoc gloriā qz habet vñm amando et co
gnoscēdo. Jer. 9. In hoc gloriā zc. Alio modo gloriā
in dño. i. fm deū. et hoc modo gloriā qui gloriā de his
que dei sunt et nō de malis: sicut ille de quo dicit in ps.
Quid gloriāris in malitia. Alio modo in dño gloriā. i.
vt gloriā suaz reputet se habere a deo: totū quod cedit ad
gloriā suam referens in deū. 1. corinth. 4. Quid habes
quod nō accepisti. Si autē accepisti zc. Et sic accipit hic
cum dicit. Qui gloriā in dño gloriā. Quasi dicat: glo
rioz de predictis: sed nō quasi hoc a me habes. sed a deo.
Et hoc etiā est mensura vestra. quia totū bonū vestrū has
bet omni a nobis. Et vere in dño debemus gloriari nō no
bis imputare gloriā nostrā sed deo. Nam nō est pbatus.
Id est cōprobatus a deo vel hoibus ille qui seipm comen
dat. Proverb. 27. Laudet te zc. Sed ille que deus comen
dat. i. comendabilē facit bonis opibus z miraculis.
Nam deus est causa totius boni opis per hoies facti.

Capitulū vndecimū.

Ulinaz sustineretis modicū quid
insipientie mee. sed supportate me
Emulor enim vos dei emulatiōe
despondi eniz vos vni viro virgi
nē castam exhibere xpo. Timeo autēz ne si
cut serpens seduxit eam astutia sua: ita cor
rumpant sensus vestri z excidant a simplici
tate que est in xpo iesu.

Post qz apostol⁹ excusauit se de his que falso imponebā
tur sibi a pseudo: hic cōsequenter vt cōfuret eos scz pseu
do z reddat auctoritatē suā honorabilē comendat se cor
thijs. Circa hoc autē duo facit. Primo rationē sue com
mendatiōis assignat. Secdo ponit suā comendatiōē. ibi.

In quo quis audeat zc. Circa primū tria facit. Primo pe
tit vt eius insipientia supportet. Secdo subdit necessitatē
sue comendatiōis vt nō insipiens videat ibi. Emulor enim
vos zc. Tercio innuit qz dato qz sit insipiens. supportare
debet ibi. Iterū dicit ne quis zc. Circa primū duo facit.
Primo premitit suū desiderū: vt petitio sua facilius ex
audiat. Secdo ponit suaz petitiōē ibi. Sed z supportate
me. Desiderū autē apostoli est vt corinthijs sustineat apo
stolū comendantē se. Et ideo per aduerbiū optandi in ci
pit dicens. Utinā sustineretis zc. Circa qd sciendū est qz
precepta moralia sunt de agēdis que cuz sint particularia
z variabilia nō possunt determinari vna cōmuni ratiōe z
regula indefinite: sed oportet qñs preter regulā cōmunē
aliquid facere in aliquo casu emergēte. Quādo autē hoc
modo sit aliqd preter cōmunē regulā sapientes qui causā
hui⁹ considerāt non turbant nec reputant insipienter factū
esse. Indiscreti vero z minus sapientes non considerāt ex
qua cā hoc ita fiat turbant z reputāt stulte factū fore sicut
patet qz preceptū morale est nō occides. Aliqñ tamen ne
cesse est malos occidere. Et quādo hoc fit sapientes com
mendāt vel non reputāt male factū. Multi autē z heretici
damnāt dicētes hoc esse male factū. Quia ergo cōmuni
lex moralis est qz homo non comendet seipm fm qd dicit
Prover. 27. Laudet te alienus zc. potest fieri in aliquo
casu preter hanc cōmunē regulā vt homo comendet se
laudabiliter hoc factū. z tamē indiscreti hoc reputant insi
pentiā. Unde cum imineret casus quo apls deberet se cō
mendare. hortat eos ad hoc qz istud nō reputent ei ad in
sipientiā dicens. Utinā sustineretis scz patienter modicū
insipientie mee supportatō me. Et dicit modicū. quia si cō
mendaret se sine causa esset maxima insipientia. Et iterū si
comendaret se ex causa oīno vrgente tūc nihil esset ibi insi
pientie. Sed quia comendat se licet ex causa nō tamen oī
no vrgente cū alio modo posset cōfutare pseudo z qz com
mendat se multū: videt ibi esse aliquid insipientie. z hoc
est qz dicit. Modicū insipientie mee. Infra. 12. Factus suz
insipiens zc. Et licet sic sim insipiens. tamē supportate me
Et hoc debent facere qz subditi debēt supportare platos
z cōuērio. Gal. 6. Alter alterius onera zc. Ephe. 4.
Supportate inuicē in caritate. Necessitate autē com
datiōis ostendit dicens. Emulor zc. Et circa hoc tria fas
cit. Primo ostēdit huiusmodi comendatiōē puenire ex
zelo. vt excludat insipientiā. Secdo dicit hunc zelū non es
se inordinatū. vt vitet in discretiōē. ibi. Timeo autē zc.
Tercio excludit eoz excusatiōē ibi. Nam si is. Circa pri
mū duo facit. Primo ponit zelū que habet ad eos sanctū
quia dei. Secdo ostendit causā huius zeli: quia incubebat
sibi ex officio ibi. Despōdi vos zc. Est ergo zelus scūs qz
emulor vos. i. diligo vos feruētē dei emulatiōe. Ad ho
norē dei non meū. Circa qd nota qz emulatio. put est idez
quod zelus nō aliud est qz quidā motus animi bonus vel
malus tendentis in statū primū z importat feruorē amo
ris. Et ideo cōfuetur sic diffiniri. Zelus est amor: intēsus
nō patiens consortiū in amato. Et si quidē non pariat cō
fortiū in aliquo bono. puta. vitij vel alicui⁹ imperfectiōis
sed singulariter illud solus vult habere. tunc zelus est bo
nus z emulatio bona de qua dicit. 1. corinth. 12. Emulas
mini carismata zc. Gal. 4. Emulamini bonū in bono zc.
Tertij Be. 17. Zelo zelatus zc. ps. Zelus dom⁹ tue zc.
Si vero nō pariat consortiū in aliqua excellētia vel in ali
qua pspertate mūdi. tūc zelus est malus z emulatio ma
la. Hoc autē dono zelo seu emulatiōe aliqñ quis emulā
alios. p se sicut vir zelat pro vxore sua quā sibi soli vult ser
uari. Aliqñ vero zelat aliquis p alio sicut eunuchus zes
lat vxorē domini sui vt custodiat eā sibi. Sic aplus popu
lū suū quez videbat paratū ad precipitiū z cuz sponso xpo

in epistolā II ad Corinthios XI

velle proficere dyabolo emulabatur: ne xps sponsus ve-
rus in eis aliquod dyaboli consortiū pateretur. Et ideo
dicit dei emulacione Quasi dicat non p me sed p xpo q̄
est sponsus. Iohan. 3. Qui habet sponsam sponsus est.
3. reg. 19. Zelo zelat' sum p dño tc. Unde autē aposto-
lo incubebat huiusmodi emulatio ostendit dicens: De-
spondi em̄ vos tc. Quasi diceret. Merito vos emuloz
dei emulacione. quia ego sum paranympus huius ma-
trimoni. quod est inter vos et xpm. quia ego despondi
vos id est feci spōsalia que sunt p fidē et charitatē. **Uscē**
2. Sponsabo te mihi tc. Et ideo p̄tinet ad me custodire
vos. Quicūq; ergo cōuertit populum ad fidē et ad iusti-
ciam despondit eos xpo. Despondi in q̄ non multis. q̄a
que multis adheret polluitur. **Ic. 3.** Tu autem polluta
es tc. Sed vni christo scilicet viro perfecto virtutis ple-
nitudine. **Iac. 6.** Quiens nomen eius. **Ic. 31.** Nouis
faciet dominus super terram tc. Et dicitur christus vir
vnius quia singularis et q̄tum ad modum conceptionis
et quantū ad modum nascendi et q̄tum ad gratie plenit-
tudinē. **Ecc. 7.** Anum de mille tc. Mi in q̄ viro despō-
di vos exhibere virginē. **Nota** q̄ a plurali ad singulari
revertitur dicens. Despondi vos in plurali. et exhibe-
re virginem in singulari. volens ostendere q̄ ex omni-
bus fidelibus sit vnū corpus et vna ecclesia: que debet ef-
se virgo in omnibus mēbris suis. Et ideo dicit virginē
castam. In hominibus em̄ accipitur virginitas p inte-
gritate corporis. castitas p integritate mentis. **Mā** ali-
quando aliqua est virgo corpore que non est casta men-
te. Sic ecclesia exhibet se xpo virginē q̄n p̄seuerat in fide
et infra sacramenta absq; corruptione alicuius idolatrie
et infidelitatis. **Eze. 16.** Ad omne caput vie edificasti si-
gnum tc. Castam exhibet se quando existēs infra sacra-
menta et in fide xpi exhibet puritatē corporis et operis.
Ephē. 5. Et exhiberet sibi gloriozā ecclesiam nō habentē
maculam neq; rugā tc. Sed quia corinthij possent dice-
re non necesse est q̄ custodias nos et zelus tuus non ē ra-
tionalis q̄ nos bene seruabimus nosmetipsos. Ideo cō-
sequenter causam huius zeli ostendit dicens: Timeo au-
tem tc. **Ubi** sciendū est q̄ in paradiso fuit coniugij adaz
et eue. Sed eua corrupta fuit per serpentē nō violenē s̄
astute in q̄ tum p̄misit falsum et suavit iniquū. Fallū q̄dez
cum dixit Eritis sicut dii et nequa q̄ moriemini. cū tamē
ex hoc ipsi incurrerent necessitatē mortis. Iniquū vero
vt transgrediretur et p̄teriret mandatū dei. **Et** fm̄ hāc
similitudinē aplūs loquens dicit ecclesiam esse sicut eua:
quā dyabolus aliq̄n p̄secutus est manifeste per tyrānos
et potestates. et tunc sicut leo rugiens circuit querēs quē
deuoret. vt dicitur. **1. Pe. 5.** Aliquando molestat eccle-
siam latenter per hereticos q̄ p̄mittunt veritatē et simi-
lant se bonos et tunc sicut serpens seducit astutia sua p̄-
mittendo falsa. Et ideo dicit Timeo ne sicut serpens eua
seduxit a paradiso eam eiciens astutia sua p̄mittit do sal-
sa. **1. thi. 2.** Adam non est seductus sed mulier. Ita id ē
per similes deceptiones hereticorum corrūpanē sensus
vestri. **Et** dicit sensus vestri. quia sicut in matrimonio car-
nali cauet sponsus ne coniunq; corrumpat carnaliter. ita
apostolus in hoc matrimonio spirituali timet ne corrū-
patur spiritualiter sensus cordis. **1. cor. 15.** Corrupti
bonos mores tc. **Uel** sensus spirituales de quib' **Sap. 1.**
Sentite de domo tc. **1. cor. 14.** Nolite pueri effici se-
sibus. **Et** excidant a simplicitate q̄ est in xpo iesu. **Sim-**
plex em̄ est illud q̄ corruptione caret. Pseudo ergo cō-
ponebant vnam sectā ex iudaismo et euangelio mandā-
tes simul cū euangelio seruari legalia. **Ali** ergo excidit
a simplicitate xpi q̄ seducti a pseudo simul cū euangelio
seruant legalia: et hoc timebat apostolus de corinthijs.

Ec. 2. Ne peccatori ingredienti terrā duabus vijs. Et
contra puer. **11.** Simplicitas iustozū diriget eos.

Lectio secunda.

Nam si is qui venit alium xpm pre-
dicat quē non predicauim' aut ali-
um spiritum accipitis quē non acce-
pistis: aut aliud euangeliū quod non rece-
pistis: recte pateremini. Existimo em̄ nihil
me minus fecisse a magnis apostolis. Nam
et si imperitus sermone; sed non sciētia In
omnibus autē manifestus suz vobis. Aut nū-
quid peccatū feci meipm humiliās: vt vos
exaltemini. Quoniā gratis euāgelium dei
euangelizauī vobis. alias ecclesias expolia-
ui accipiens stipendiū ad ministeriū vrm.
Posito zelo quē ad corinthios habebat apostolus. et ostē-
so zelum esse rationabile: hic consequent' remouet eozū
excusacionē. **Et** circa hoc duo facit. **Primo** p̄ponit eozū
rū excusacionē. **Secūdo** hō remouet eā ibi Existimo em̄
me tc. **Circa** primū sciendū est q̄ corinthij possent suspi-
cari q̄ ideo zelū haberet de eis. quia timet ne dimittant
doctrinā suā p̄pter doctrinā pseudo: vnde possent dicerē
constat q̄ minus bona sunt dimittenda p̄pter magis bo-
na. **Ergo** si pseudo meliora doceant non debes turbari si
acquiescimus eis. **Et** ideo hanc excusacionē ponit osten-
dendo q̄ nihil maius q̄ apostolus docēt et p̄dicant. **Mā**
apostol' tria p̄dicauit eis et docuit eos. **Primo** q̄ essent
christi. **2. 4.** Non em̄ predicamus nosmetipsos sed xpm
iesum. **Secundo** q̄ haberent spiritū xpi. **Roma. 8.** Si
quis spiritū xpi non habet: hic non est ei'. **Tertio** vt re-
ciperent euangeliū xpi. **Ro. 1.** Non em̄ erubescō euāge-
lium tc. **Ergo** pseudo meliora vobis predicarēt vt
doceant recte faceretis et excusabiles essetis. **Sed** hoc
non faciunt. **Et** hoc est qd dicit. **Mā** si is qui tc. **Quasi**
dicat. Timeo ne pseudo qui venit ad vos nō missus sed
ex se sicut fur et latro **Iob. 10.** Quotquot venerūt fures
sunt et latrones. **Ic. 23.** Non mittebam eos et ipsi curre-
bāt. **Ro. 10.** Quomodo predicabunt nisi tc. **Si** in q̄ ta-
lis predicator predicat vobis aliū xpm scz excellētiorem
q̄ illū quem nos predicauimus. qd non potest esse. qz vt
dicitur **cor. 8.** Unus dñs noster iesus xps per quē omnia
tc. **Et** hoc q̄m ad primū. **Aut** aliū spiritū scz meliorem
accipitis scz per talē q̄ accepistis scz per nos id est mini-
sterio nostro qd non potest esse quia vt dicitur. **1. cor. 12.**
Hec omnia operatur vnus atq; idē spiritus tc. **Et** hoc
q̄tum ad scdm. **Aut** predicat vobis aliud euangeliū id
est aliā p̄dicacionē vt doctrinā quā p nos nō recepistis.
Gal. 1. Viroz q̄ sic cito transferimini tc. **Si** in q̄ alia et
meliora facerent vobis: pateremini id est faceretis excu-
sando vos. **Et** quia nō potest eis aliud euāgelij id ē me-
lius tradi. **Ideo** apostol' excomunicat galathas si aliū
euangeliū recipiant. **Gal. 1.** Si quis aliud vobis euā-
gelizauerit tc. **Consequent'** cū dicit. Existimo em̄ tc.
remouet hanc excusacionē. **Et** circa hoc duo facit. **Primo** osten-
dit q̄ ipse non min' fecit eis q̄ alij. **Secdo** q̄ plus
ibi **Aut** nunqd tc. **Circa** primū tria facit. **Primo** osten-
dit q̄ nihil minus fecit facto q̄ alij apli. **Secundo** inuit
q̄ non defuit ei facultas ad hoc faciendū ibi. **Nam** et si i-
peritus sermone tc. **Tertio** ostendit euidentiā vtriusq;
ibi **In** omnibus autē tc. **Dicit** ergo. **Recte** pateremini
vos seducti ab eis si melius predicarēt vobis sed hoc nō
est verum. **Enim** id est quia existimo me nihil minus fe-

Explanatio sancti Thome

esse in his a magnis apostolis id est quod petrus et iohannes quos isti habebant magnos. Et comparat se magnis apostolis. tum quia paulus videbatur et reputabatur ab eis minor: quod illi eo quod illi fuerant cum iesu et paulus non. tamen etiam quod pseudo dicebant se missos ab eis. Et ideo ostendit de se parum magnis apostolorum errorem remouet et pseudo confutat. Et non solum nihil minus fecit sed plus. I. corinth. 15. Plus omnibus laboravi. Et ne forte dicerent ei. unde tibi est facultas ad hoc faciendum cum sis imperitus lingue. Respondit quod ei facultas affuit ex magnitudine scientie dicens: Licet sum imperitus sermone tamen non sum imperitus scientia. 2. Pe. vlt. Sicut et charissimus frater noster paulus habet sapientiam etc. Sed hoc sciendum est quod pseudo querentes gloriam propriam et lucra sectantes nitebantur attrahere populum per ornata et subtilia et exquisita verba non attendentes nisi solum aures permulcere. Aplos vero quia non querebat utilitatem propriam sed solum dilatazione fidei christi et profectum eius: ita proponebat verbum fidei ut omnes possent capere conformas se conditioni audientium et capacitati. Unde quia isti in principio non erant capaces alie doctrine. proposuit eis fide non in subtilitate sermonis sed eo modo quo capere possent scilicet plane et aperte. Et ideo isti dicebant eum esse imperitum sermone. I. cor. 1. Non in sapientia verbi etc. Et propter hoc dicit apostolus. licet sum imperitus sermone: ut vobis videtur hoc non fuit ex defectu scientie sed propter vos et quoad dispensatione quia tanquam puulis in christo lac potum dedi vobis etc. Et dicendum ad litteram quod apostolus fuit balbus. et ex hoc pseudo deridebant eum. Et ideo dicit. Et si imperitus sermone id est impeditur lingue. non tamen sum imperitus scientia. Exo. 4. Impedimento et tardioris lingue sui. Quare autem nihil minus fecerim a magnis apostolis: euidenter apparet per ea que feci vobis. Et ideo dicit. In omnibus predictis manifestatus sum in vobis: qui experti estis que per me sunt. I. cor. 9. Signaculum apostolorum mei vos estis in domino. et infra. 12. Signa tamen apostolorum mei facta sunt super vos etc. Consequenter cum dicit. Aut nunc quid peccatum etc. Ostendit quod plus fecit quam omnes alij. et hoc quia predicauit sine sumptibus. Circa hoc duo facit. Primo ponit factum. Secundo causam facti assignat ibi. Quare. quia non diligo vos etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit factum primum ad preteritum. Secundo primum ad futurum ibi. Et in omnibus etc. Factum autem preteritum ostendit dupliciter. Primo in generali. Secundo in speciali ibi. Quia gratis etc. Dicit ergo Recte dico quod nihil minus feci ab illis: nisi forte hoc reputetis male et minus factum quia diminui de auctoritate mea non accipiens sumptum a vobis. sed si hoc esset malum minus fecissem. Et ideo ostendit quod non est malum. Et hoc est quod dicit. Aut nunquam peccatum feci id est nunquam peccavi humilians meipsum et diminui de auctoritate mea. Quasi dicit. Mo. Ecc. 3. Quia tu maior es etc. I. cor. 9. Cum essem liber etc. Mat. 19. Qui humiliauerit se etc. Ratio autem humiliationis mee est non propter lucrum proprium sed propter promotionem vestram. Unde dicit. Et vos exaltemini id est in fide confirmemini. Corinthij autem auari erant. et ideo si a principio accepisset sumptus forte desisterent a fide. Item pseudo predicabant propter questum. Et ergo corinthij reciperent apostolum et pseudo auferret occasione questum gratis predicauit eis sine sumptibus propriis. Hoc autem quod dixerat in generali manifestat in speciali ibi. Quia gratis etc. Et facit duo. Primo ostendit quod sine sumptibus predicauit eis in primo aduentu ad eos. Secundo ostendit quod idem fecit in mora quam apud eos contraxit. ibi. Et cum essem etc. Circa primum duo

facit. Primo proponit quod intendit scilicet humilitationem dicens: In hoc humilians meipsum quasi euangelizavi vobis gratis id est sine sumptibus. non autem sine mercede quia hoc non est laudis. licet enim omnes possent capere sumptus persone ab eis quibus proponunt verbum dei nullus tamen predicare debet pro mercede et questu. Secundo quia possent dicere isti. unde ergo accepisti sumptus. respondet quod ab alijs ecclesijs dicens: Ecclesias alias exspoliavi accipiens ab eis stipendium ad ministerium vestrum. Et hoc conuincit eos quod non possunt dicere apostolo quod non liceret ei accipere ab eis. Si enim accipitur ab alijs ad seruitium eorum: multo magis liceret ei accipere ab ipsis. Et hoc etiam apparet quod legatus pape visitans vnam partem legationis potest accipere stipendia. Et quod dominus papa pro necessitate vnius patrie potest accipere subsidium ab alijs partibus mundi. Ratio est. quia ecclesia est sicut vnum corpus. videmus autem in corpore naturali quod natura quando deficit virtus in vno membro: subministrat humores et virtute accipiens ab alijs membris.

Lectio tertia.

Quod cum essem apud vos et egerem nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres qui venerant a macedonia: et in omnibus sine onere me vobis seruavi et fuabo. Est veritas christi in me: quoniam hec gloriatio non infringitur in me in regionibus achate. Quare quod non diligo vos Deus scit. Quod autem facio et facias ut amputet occasione eorum qui volunt occasione: ut in quo gloriatur inueniant sicut et nos. Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij subdoli: transfigurantes se in apostolos christi. Et non mirum. Ipse enim sathanas transfiguratur se in angelum lucis. Non est ergo magnum si ministri eius transfigurent velut ministri iusticie quorum finis erit secundum opera ipsorum.

Ostendo quod quando primo eis predicauit in ipso aduentu: euangelizauit eis gratis: hic ostendit quod nec etiam contrabendo moram apud eos accepit ab eis sumptus. Et primo hoc ostendit. Secundo vero respondet cuidam tacite questione ibi. Nam quod mihi etc. Dicit ergo Non solum quod primo veni ad vos non accipi a vobis sumptus: sed etiam ceterissem apud vos diu et etiam egerem. ut ostendat quod non dimisit eis sumptus propter diuitias. Nulli onerosus fui aliquid ab aliquo accipiendo. In quo apparet causa quare dimisit: quia corinthij propter auaritiam eis innotam reputabant sibi onus ministrare sumptus. I. cor. 9. Non sumus vbi hac potestate. sed omnia sustinemus etc. Sed possent isti dicere. unde ergo habuisti necessaria? Et ideo responderet dicens: quod ab alijs ecclesijs id eo scilicet nihil accepi. quia illud quod mihi deerat scilicet a proprio quod lucrabat nocte laborando manibus suis apud aquilam et presca. Erat enim scenofactorie artis per quam lucrabatur sibi necessaria Act. 2. Ad ea que mihi oportuerat etc. Illud ergo quod deerat non dedistis vos sed suppleuerunt fratres qui venerunt a macedonia: scilicet philippenses qui erant valde liberales. Quod de hoc in epistola

in epistolā II ad Corinthios XI

ad philipenses cōmendat eos. **Phil. 4.** Nulla ecclesia cōmūcauit mihi in ratione dati et accepti nisi vos. Sed corinthij erāt auari. **Consequenter** cū dicit. **Et in omnibus sine onere ꝛc.** Ostendit quomō se habebit in hoc ad eos in futurū dicens: q̄ etiā sine onere vult se habere ad eos. **Et circa hoc duo facit.** Primo ponit suā rationē cōmūnem. **Secundo cōfert eā ibi.** **Est veritas xpi ꝛc.** Dicit ergo non solū feci hoc scilicet q̄ gratis vobis euange- lizauit et nulli onerosus fui: sed etiā in omnibus seruabo me vobis sine onere sicut vsq̄ modo seruauit non dure re- prehendendo non se uere corrigēdo: nec uestra accipiē- do. **Act. 3.** Argentū et aurū et vestē nullū cōcupiui. **Mu- meri. 16.** Tu scis q̄ nec assellū quidem acceperim ab eis dicit moyses ad dñm. **Samuel dicit. 1. reg. 12.** Loqui- mur ut me si oppressi ꝛc. **Et q̄ ita facturus sit confirmat ex duobus.** Primo ex eo qui loquitur in ipso scilicet chri- sto qui est veritas a qua non potest esse falsū. **Et ideo dicit.** **Est veritas christi in me ꝛc.** Quasi dicat. **Hoc qd̄ dicit x̄i verū est.** quia veritas christi loquitur in me ꝛc. hoc in- fra vltimo. **An experimentū queritis eius qui in me ꝛc.** **Vel hoc potest accipi per modum iurātis.** Quasi dicat deus qui est veritas et est in me seruātis corda sit mihi te- stis q̄ ita seruabo me. **Ro. 1.** Testis est mihi deus ꝛc. **Secundo** ex eo q̄ non intendit minuire gloriā suā sed augere. **Apostolus** etiā attribuebat sibi apud xpm ad ma- gnā gloriā q̄ ipse solus inter apostolos sine sumptu predicabat corinthijs. **Et ideo dicit.** Ideo seruabo me sine onere quoniam non infringetur id est nō minuetur in me hec gloria q̄ scilicet gratis predicō vobis: et q̄ a licit- is abstineo: propter salutē uestrā que quidem est gloriā xpi. quia ipse glorificatur per hoc in me. vel q̄ ego hanc gloriā habeo specialit̄ apud xpm. que quidem refrin- geretur in regionibus achate. vbi corinthum erat metro- polis si recepisset ab eis quia auari erant. habitabāt etiā in maritimis et erant intenti mercationibus et tales con- suerunt esse auari. **1. cor. 9.** Bonū est mihi magis mo- ri q̄ vt gloriā meā quis euacuet. **Consequenter** cū dicit. **Quare.** quia non ꝛc. **Ponit causā** quare non acce- pit sumptus ab eis. **Et circa hoc duo facit.** **Primo** exclu- dit falsā causā. **Secundo** asstruit verā ibi. **Quod au- tem facio ꝛc.** **Circa primū sciendū est** q̄ pseudo impone- bant apostolo q̄ ideo nō recipiebat a corinthijs sumptus quia non diligebat eos et quia non intendebat eis bene- facere et seruire. **Dicit ergo** quā scilicet hoc facio. quia non diligo vos id est pro odio quod habeo ad vos sic di- cunt pseudo. **deus** scit q̄ diligo vos et q̄ nō odio hoc facio. **Iob. vltimo.** Domine tu scis quia amo ꝛc. **Sic** ergo exclusā causā falsā sequitur vera ibi. **Quod autē fa- cio ꝛc.** **Et circa hoc duo facit.** **Primo** ponit verā causā. **Secundo** rationē huius assignat ibi. **Nā** eiusmodi pseu- do ꝛc. **Circa primū sciendū est** q̄ pseudo vt dictū est que- rebant lucra et gloriā ppriam. **Et ideo** vt in reuerentia haberent nitebant̄ exterius sequi vestigia apostoli vel etiam si potuissent excellere ipm. **Dicit ergo apostolus.** **Si ergo** volunt me imitari in hoc imitentur vt nihil ac- cipient. **Et quia** sciebat q̄ pseudo predicabant vt accipi- ant et per consequens q̄ non predicarent si deficeret eis lucrum. **Dicit** Quod facio ideo facio et faciā hoc non p- pter odiū sed vt amputē occasionē eorum scilicet pseudo accipiendi uestra. eorū scilicet pseudo qui volunt supple- meo exemplo habere occasionē accipiendi uestra. **Scie- bat** etiā fm̄ **Ambro.** q̄ si non acciperēt non diu predica- rent. **Contrario** dicitur. **puq̄b. 9.** Da occasionē sapien- ti ꝛc. et hoc vt tales inueniant̄ scilicet pseudo sicut ꝛ nos scilicet non accipientes pecunias sicut et nos non accipi-

mus. In quo quidem ipsi gloriāntur scilicet q̄ imitātur nos. et ego nolo si perfecte volunt nos imitari q̄ accipi- ant. **1. cor. 7.** Solo omnes homines esse sicut et me scilicet et non accipientes. **Et in q̄ ꝛc.** Hoc legitur tripliciter. **Uno modo** sic vt inueniantur tales supple sicut et nos: accipiendo sicut nec nos accipimus et p- consequēs a p- dicatione cessando. **In quo** scilicet esse tales sicut et nos gloriāntur. contendebant̄ em̄ esse similes veris apostol. **Secundo modo** sic. vt in eo in quo gloriāntur scilicet ac- cipiendo. quia hoc solum querebant. inueniantur sicut ꝛ nos id est similes nobis cessando scilicet et desistendo ab acceptione vt nobis assimilentur. **Tertio modo** sic vt in eo in quo gloriāntur scilicet in nō accipiendo. dicit̄ em̄ se nihil accipere inueniantur sicut et nos id est nō melio- res nobis ne scilicet possint se in hoc nobis preferre. **Nā** eiusmodi hoc continuatur tripliciter. **Primo modo** sic: ita gloriāntur et contendunt nō sicut nos. **Nā** eiusmodi ꝛc. **Secundo modo** sic et vere desistūt accipere: vt no- bis assimilētur. **Nā** eiusmodi ꝛc. **Tertio modo** sic. ita in non accipiendo gloriāntur vt nobis similes videan- tur. **Posita** autem vera causa probat eam consequenter dicens: **Nā** eiusmodi ꝛc. **Ostendens** quomodo studēt assimulari apostolo. **Et circa hoc tria facit.** **Primo** pōt causā. **Secundo** probat eam ibi. **Sed non mirū.** **Ter- tio** consequenter ostendit differentiam pseudo ad ve- ros apostolos ibi. **Quorum** finis ꝛc. **Dicit ergo** recte di- co q̄ hoc facio vt amputem eis occasionem accipiendi. **Nā** huiusmodi pseudo apostoli sūt operarij scilicet fal- si. **Phil. 3.** Videte canes videte malos oparios ꝛc. **Sub- doli** id est callidi et vulpini sub specie religionis decipi- entes. **Ezeche. 13.** Quasi vulpes in desertis ꝛc. **Capite** nobis vulpes paruulas qui demoliunt vineas ꝛc. **Et 2. Dat. 7.** Veniūt ad vos in vestimētis ouisū ꝛc. **Et hoc** est quod dicit transfigurantes se in apostolos christi id est exterius portantes signa bonorū apostolorum. **2. vltimo.** **3.** Habentes quidem speciem pietatis ꝛc. **Et hoc** probat quia sicut veri apostoli mittuntur a deo et informantur ab ipso. sic sathanas transformat se in angelum lucis qui est lux et incensor eorum ostendens se esse vel angelum dei vel aliquando christum. **Non** est ergo mirū neq̄ ma- gnum si ministri eius scilicet pseudo transformāt se in mi- nistros iusticie id est simulāt se esse iustos. **Ecclesiā. 10.** **Scdm̄** iudicem populi sic et minister eius ꝛc. **Horan- dum** autem est q̄ sathanas trafiguratur se aliquando vif- biliter sicut beato martino vt deciperet eum. et hoc mo- do multos decepit. **Sed** ad hoc valet et necessaria est di- scretio spirituum quā specialiter deus contulit beato an- thonio. **In** hoc tamen potest cognosci q̄ sathanas sit. q̄ bonus angelus in principio hortatur ad bona et perseue- rat in eis. sed malus in principio quidez pretendit bona sed postmodum volens explere desiderium suū et quodā intendit scilicet decipere inducit et instigat ad mala. **1. Iohan. 4.** **Omni** spiritui nolite credere ꝛc. **Et ideo** Ioh- ane cum videret angelum in cāpo suo dixit. **Judic. 5.** **Hostes** es an aduersariozum? **Aliud** etiam signum est q̄ bonus angelus et si terreat in principio tamen statim cō- solatur et confortat sicut zachariam. **Luce. 1.** **Me** timeas zacharia. **Et** ad beatam virginem dixit. **Me** timeas ma- ria ꝛc. **Malus** autem angelus stupefacit et desolatū di- mittit. **Et hoc** ideo vt stupefactū facilius decipiat ꝛ per- suadeat sibi. **Aliquando** autē transfiguratur se inuisibili- ter et hoc quādo ea que in se mala sunt facit appareā bo- na: peruertendo sensus hominis et inflammando concu- piscenciam. **proverb. 14.** **Est** via que videtur homini res- eta ꝛc. **Sic** decepit monachum quendam cū proposuisset

Explanatio sancti Thome

In animo suo nunq̄ exire cellam: suggestit ei dyabolus q̄ bonum esset q̄ exiret ad ecclesiam et reciperet corp⁹ chris-
ti. Qui suggestiōi consentiens propositum mutauit va-
dens ad ecclesiam. Postmodum cognoscens eum fuisse
dyabolum gloriatus est monachus q̄ non deceperat eū
quia ad bonum ierat. et tamen iam remouit eum a pro-
posito continue standi in cella. Postmodum vero iterū
suggestit ei q̄ pater suus esset mortuus et dimiserat sibi
multas diuitias distribuēdas inter pauperes: q̄ iret ad
ciuitatem ad quā cum tret nunq̄ redijt ad cellam ⁊ mor-
tuus est in peccato. Unde valde difficile est q̄ homo ca-
ueat sibi et ideo recurrēdū est ad adiutorium diuinum.
Job. 4. Quis reuelabit faciē indumenti ei⁹ ⁊c. Quas
si dicat Nullus nisi deus. Consequenter ponit mini-
strozum et malozum et bonozum differentiam que consi-
stit in hoc q̄ finis illozum scilicet ministrozū christi et
sathane erunt fin opera eozum. Nam finis bonozū erit
bonus et malozū erit malus. et boni inducuntur ad bo-
num et mali ad malum. **Philipen. 3.** Quozum finis in-
teritus ⁊c. Item boni recipient bōa. et mali mala. **S. 5.**
Quines nos manifestari oportet ante tribunal christi.

Lectio quarta.

Iterum dico ne quis me putet insi-
pientem esse. Alioquin velut insipi-
entem accipite me: vt et ego modi-
cum quid gloriar. Quod loquor: nō loquor
scdm deū: sed quasi in insipientia in hac sub-
stantia glorie. quoniā multi gloriatur fm
carnem: et ego gloriar or. Libenter em̄ suf-
fertis insipientes cū sitis ipsi sapientes. Su-
stinētis enim si quis vos in seruitutez redi-
git: si quis deuorat. si quis accipit: si q̄s ex-
tollitur: si quis in faciem vos cedit. Scdm
ignobilitatem dico quasi nos infirmi fuen-
mus in hac parte.

Supra apostolus induxit corinthios q̄ patienter susti-
nerent suam cōmendationez: ostendens q̄ hoc faciebat
ex zelo quem habebat ad eos. ⁊ quia zelus ille erat ratio-
nabilis ⁊ ordinatus: hic autē consequenter ponit aliam
rationem per quam ostendit q̄ dato q̄ insipienter agerz
nihilominus tamen deberent eum supportare. Unde in
ista ratiōe procedit ex suppositione stulticie. In hac autē
parte duo facit. Primo enim proponit suā petitionem.
Secundo rationem victozū assignat ibi. Quod loquor
⁊c. In petitione autē sua duo facit. Primo enim petit q̄
non reputent eum insipientē quod pertinet ad premissaz
rationem. Et ideo dicit. Iterū dico q̄ ex quo zelus me-
us est rationabilis et ego ratiōabiliter cōmēdo me ne q̄s
scilicet vestrum me reputet insipientem. Secundo petit
q̄ dato q̄ insipienter agat tamen supportent eum ⁊ hoc
pertinet ad rationem hanc. Et ideo dicit. Alioquin id ē
si non ratiōabiliter cōmēdo me et penitus velitis me
ex hoc insipientem reputare tamē accipite id est support-
tate me velut insipientē. Et dicit velut. Quia licet ipsi
reputent eum insipientem in hoc tamē in rei veritate nō
ē insipiēs. Accipite me inq̄ velut insipientē vt et ego mo-
dicum quid gloriar. Et dicit modicum. quia infra com-
mendauit se de gloria que est fm carnē que valde modi-
ca est. **Job. 25.** Homo putredo et filius hominis vermis.

Ecclesiast. 10. Quid superbis terra et cinis. Rationem
autem victozū assignat dicens: Quod loquor ⁊c. **Dis-**
xerat autem tria. Primo quia supposuit se insipienter cō-
mendasse seipsum. Secundo q̄ vult gloriari. Tertio q̄
sustineant eum. Et horum trlum rationem assignat. Et
primo de hoc q̄ supposuit se insipienter cōmendare se.
Secundo quare vult gloriari ibi. Quoniam multi glori-
antur ⁊c. Tertio q̄ debeant eū supportare ibi. Libent-
er enim suffertis ⁊c. Dicit ergo primo. Ratio quare debe-
tis insipientē accipere me. est. quia illd quod loquor in
hac substantia glorie id est in cōmendatione carnis. que
a quibusdam appetitur ac si per eam debeant subsistere.
non loquor scdm deū sed quasi in insipientia. Et dicit ex
ypostasi sicut illud quod supra dixit. velut insipientem.
Unde ibi posuit. Velut hō quasi. Ac si dicerz. Si nō
rationabiliter cōmendarem me tunc illud quod loquor
in cōmendatione mea non est scdm deum id est scdm ra-
tionem diuine sapientie. Et tunc merito acciperetis me
non scdm deū loqui sed insipienter supra. 10. Non enim
qui seipsum cōmendat ille probatus est ⁊c. **prover. 27.**
Laudet te alienus ⁊c. Rationem autē sue cōmendatio-
nis et glorie ostendit subdens: Quoniam multi gloriā-
tur ⁊c. Tbi sciendum est q̄ pseudo quia ex iudeis erant
gloriabantur scdm carnē: dicentes se esse filios abrahe
⁊ ex hoc volebant haberi in reuerentia a corinthijs ⁊ au-
toritate. Dicit ergo apostolus. dato q̄ sit insipientia q̄
gloriet scdm carnem. tamen quoniam multi scilicet pseu-
do gloriatur scdm carnem et ego etiam gloriabor scdm
carnem **prover. 26.** Responde stulto scdm stulticiā su-
am ne sibi sapiens videatur. Sed contra est quia sene-
ca dicit. Summa malozū est quod ad exemplū vnitur. Et
exod. 23. Non sequaris turbā ad faciendū malum. Non
ergo apostolus debet gloriari scdm carnem eo q̄ pseudo
gloriantur. Respondeo dicendū est q̄ licz sit eadē mate-
ria gloriatiōis non tamen est eadem intentio et idem fi-
nis. quia pseudo cōmendabant se propter gloriā pro-
priam ⁊ vt ipi haberentur in auctoritate et possent lucra-
ri: apostolus autem gloriabatur vt verbum dei per eum
predicatum esset maioris auctoritatis et ponderis ⁊ fru-
ctum faceret christo. Rationem autem quare debeant
eum supportare subdit dicens. Libenter enim suffertis
⁊c. Et primo ponit rationem hanc q̄ scilicet debeant eū
supportare. Possent em̄ dicere. Quare debemus te sup-
portare si es insipiens. Et dicit apostolus q̄ ideo q̄ cuz
vos ipsi sitis sapientes in oculis vestris ⁊ in vestra repu-
tatione libenter suffertis id est estis consueti supportare
insipientes pseudo. scilicet. Secundo ostēdit in quo sup-
portent insipientes. Et ponit quinqz graua que sustine-
bant a pseudo. primum est iugum seruitutis. Et quantū
ad hoc dicit. Sustinetis enim si quis id est alquis pseu-
do redigit vos in seruitutem. Quasi dicat per christum
liberati fuisitis a seruitute legis que est in timore: et redu-
cti estis in libertatē filiozū dei: que est in charitate. **Gal.**
4. Non sumus ancille filij sed libere. Et tamen vos su-
stinētis pseudo qui ex huiusmodi libertate redigit vos in
seruitutē legis quia cogunt vos seruare legalia. **Gal. 5.**
Nolite iugo seruitutis ⁊c. Multo ergo magis debetis su-
stinere me qui volo vos preseruare in libertatem christi
q̄ pseudo qui volunt vos reducere in seruitutem legis.
Secundū est graue valde scilicet q̄ pseudo viuūt de bos-
nis vestris laute: nos vero non. **S. 8.** Non vt alij sit re-
missio ⁊c. Et tdo dicit. Si quis deuorat. **Matth. 23.** Ne
qui comeditis domos viduarum ⁊c. Tertium graue est
depredatio et expoliatio. quia isti ad litterā blandis ver-
bis ⁊ pretextu pietatis accipiebant eis omnia. ⁊ quātūz

in epistolā II ad Corinthios XI

ad hoc dicit **S**i quis accipit id est blande decipit subtra-
hendo vestra Romano. 16. Per blandos sermones se-
ducunt corda insipientium. Quartus graue est nimia ta-
ctantia super eos cum corinthiorum contempnū. Ideo dicit
Si quis extollitur iactando se importune Ecclesiasti. 6.
Non te extollas in cogitatione etc. Quintum graue est
illatio opprobriorum. Nam pseudo non solum tam graua
eis inferabant: sed super hoc addebant improperia dice-
tes eis iniurias: et maxime de ignobilitate. Nam quod ipsi
erant iudei et cultores vniuersi dicebant se nobiles esse
et corinthios signobiles. quia non erant de semine abra-
he nec circumcisi et quod de idolatris. Et quantum ad hoc vi-
dit. Si quis in faciem vos credit id est coram vobis infert
cohtumelias et dicit iniurias. Et huiusmodi iniurie sunt
fieri ignobilitatem quam vobis obijciunt. Et tamen illos
sustinetis et nos non quasi nos fuerimus infirmi in hac
parte glorie quam attribulistis eis. preferendo eos nobis pro-
fertim cum pseudo dicant quod ideo nos non dicimur nec fas-
cimur vobis ista: quia nos sumus infirmi in hac parte id est
quia sumus ignobiles. 1. corin. 4. Vos infirmi vos for-
tes: vos nobiles nos ignobiles.

Lectio quinta.

In quo quis audet in insipientia di-
co audeo et ego. Hebrei sunt et ego.
Israelite sunt et ego Semen abrahe
sunt et ego. Ministri christi sunt et ego. Et
minus sapiens dico plus ego. In laboribus
plurimis. in carceribus abundans. in pla-
gis supra modum. in mortibus frequenter.
a iudeis quinquies quadragenas vna mi-
nus accepi. Ter virgis cesus sum. semel la-
pidatus sum. ter naufragium feci. nocte et
die in profundo maris fui. In itineribus se-
pe. periculis fluminum. periculis latronum.
periculis ex genere. periculis ex gentibus.
periculis in ciuitate. periculis in solitudine.
periculis in mari. periculis in falsis fratri-
bus.

Propositis rationibus sue commendationis et causis quare
supporandus est: hic consequenter incipit se comenda-
re. Et circa hoc duo facit. Primo enim adequat se pseu-
do et alijs qui commendabant se. Secundo preferit se eis
ibi. Et minus sapiens etc. Adequat autem se apostolus
eis in gloria. Est autem gloria duplex. Una secundum carnem
que modica est et contemnenda. Unde ipse dicit Phil. 3.
Sed que mihi fuerunt lucra arbitratu etc. Alia est secundum
christum quia magna gloria est sequi dominum Eccl. 23.
Et hec est querenda. Gal. ultimo Mihi absit gloria-
ri nisi in cruce etc. Et ideo apostolus adequat se eis quod
ad vtramque gloriam. Et primo quantum ad primam. Secun-
do quantum ad secundam ibi. Ministri christi etc. Et pri-
mo adequat se eis in generali dicens: Recipiat me ins-
ipientem si tamen insipientia est. Et propterea enim loquor
quia si quis ausus est presumere de se et commendare se et
ego possum bene audere et commendare me in eodem in
quo ipse commendat se. quod non subest eis maior causa sue
commendationis quam mihi. Et hoc dico in insipientia id est
dico quod insipienter agam cum tamen ipse sapienter ages

ret cum hoc non faceret pro sui iactantia sed ut pseudo humi-
liaret. supra eodem. Existio me non minus fecisse a ma-
gnis apostolis etc. Secundo cum dicit Hebrei sunt etc.
adequat se eis in speciali. ostendens per singula se parē
eis esse in quibus pseudo gloriabatur. Comendatio au-
tem istorum et gloria erat de tribus. Primo de natione
et lingua quia dicebant se hebreos. Secundo de genere
quia dicebant se esse de genere israel. Tertio de promissio-
ne quia dicebant se esse participes promissionis abra-
he. cum essent de semine eius. Et quantum ad hec tria ad-
equat se eis. Primo quantum ad nationem et linguam dicens:
Hebrei sunt et ego scilicet lingua et natione. Quasi dicat
ita sicut et illi. Et notandum est quod firi quod quidam dicunt he-
brei dicuntur ab abraha quia ante eum defacili non inue-
nitur illud nomen. Potest tamen dici et forte melius quod
dicuntur a quodam hebreo de quo habetur Gen. 11. Tunc
fale. 30. annis et genuit heber. Et sequitur Tunc heber
33. annis et genuit phalech. Et tempore eius fuerunt diuisi
se lingue et lingua hebreorum remansit in familia sua. Ses-
cundo adequat se eis quantum ad genus dicens: Israelite
sunt et ego. scilicet firi ritus. Tertio quantum ad tertium di-
cens Semen abrahe sunt et ego. Et de istis tribus similitudi-
nibus Phil. 3. Si quis alibi sibi confidere videtur ego magis
circumcissus octava die. Quantum ad tertium ex ge-
nere israel de tribu beniamin. quantum ad secundum he-
breus ex hebreis. quantum ad primum Romano. 11. Nam
ego israelita sum ex semine abrahe etc. Sic ergo patet
quod non sum minor eis quantum ad gloriam que est firi car-
nem Sed nec etiam quantum ad gloriam que est firi christum
quia ministri christi sunt id est dicunt se sic ut decipiant
vos. et ego sum minister christi. 1. cor. 4. Sic nos existit
met homo ut ministros christi etc. 3. Qui et nos idone-
os fecit etc. Consequenter cum dicit. Et minus sapi-
ens etc. Prefert se omnibus apostolis et pseudo. Et pri-
mo quantum ad mala perpeffa. Secundo quantum ad bene-
ficia recepta et hoc xij. capitulo ibi. Si gloriari oportet
etc. Circa primum duo facit. Primo preferit se quantum ad
mala que pertulit. Secundo quantum ad modum quo ma-
la vixit. ibi. Damasci prepositus. Circa primum duo fa-
cit. Primo proponit se alijs preferendum. Secundo ostē-
dit in quo sit preferendus ibi. Quia in laboribus etc. Ter-
tio confirmat quedam dictorum ibi. Si gloriari oportet
etc. Dicit ergo Si videoz insipientes vobis. quia comen-
do me et adequo me alijs. quantum magis videoz vobis
minus sapiens si preferam me eis. Et ideo dicit. Non so-
lum sum minister christi sicut et illi. sed ut minus sapiens
firi vestrum iudicium dico quod ego sum plus minister christi
firi illi et quantum ad hoc dicit preferendum esse. Romano.
11. Ministerium meum honorificabo preponendo scilicet
illud ministerio aliorum. In quo autem sit preferendus ostē-
dit dicens: Quia in laboribus etc. Quasi dicat hoc plus
ego. quia sum magis ostensus minister christi. In hoc pro-
mo quantum ad mala illata. Secundo quantum ad mala spō-
te assumpta ibi. In itineribus sepe. Mala autem illata:
Primo ponit in generali dicens: Plus ego sum scilicet
ostensus minister in laboribus plurimis quam illi et si alijs
labores pertulerint. 1. cor. 15. Abundantius omnibus
illis laboraui. Secundo enumerat ista mala in speciali.
et hoc primo quantum ad carceris squalores. Quia in car-
ceribus abundantius scilicet quam illi. Act. 16. Cum mul-
tas plagas illis intulissent scilicet paulo et socijs miserunt
in carcerem. Secundo quantum ad flagelloz dolores. quia
in plagis scilicet ostensus sum. 5. modum aliorum scilicet
modum humane virtutis vel supra modum humane cons-
uetudinis. 5. 11. In plagis. in carceribus etc. Sed contra

Explanatio sancti Thome

1. cor. 10. Fidelis deus qui non permittit vos temptari supra id etc. Non ergo supra modum hanc virtutis. Re spondeo dicendum est quod deus non permittit nos temptari sine adiutorio gratie diuine. Et ideo dicebat apostolus 1. cor. 15. Non autem ego sed gratia dei mecum. Et quantum ad mortis terrorem. Unde dicit In moribus frequent. id est in periculis et terroribus mortis. Unde dicebat ipse Roma. 8. Mortificamur tota die. 1. cor. 15. Quotidie morior propter gloriam vestram. Sed consequenter cum dicit A iudeis quinquies etc. Manifestat duo vltima pericula que perpeffus est. Et primo periculum plagarum. Secundo periculum mortis. Plagaru autem periculum manifestat per ipsa perpeffa a suis scilicet iudeis. Et ideo dicit A iudeis quinquies etc. Notandum est autem si dicitur Deut. 25. Pro mensura delicti erit plagaru modus. Ita duntaxat ut quadragenarium numerum non excedat etc. Ex quo habetur quod homines pro minoribus peccatis debent flagellari. Ita tamen quod flagellatus non recipere ultra. 40. plagas. Iudei autem ut viderentur misericordes semper faciebant citra mandatum legis vantes pauciores quam quadraginta finem quod eis videbatur. Quia ergo odio habebant paulum quando flagellabatur eum dimittebant sibi de numero predicto quatenus minus poterant scilicet vnam tantum minus vantes sibi trigintanovem. Et hoc est quod quinquaginta vicibus accepit id est recepti quadraginta plagas minus vna plaga id est trigintanoue. Secundo manifestat pericula perpeffa ab extraneis scilicet a gentibus dicens Ter virgis celus sum. Act. 16. Magistratus scissis eorum tunicis iussit eos virgis cedi. Item 22. Iussit eum tribunus duci in castra et flagellis cedi et torqueri eum etc. Pericula vero mortis illata et primo pericula mortis illata ab hominibus ostendit dicens: Semel lapidatus sum: hoc fuit in ciuitate leaonia vbi obrutus lapidibus fuit quasi mortuus. Act. 14. Lapidantes Paulum eiecerunt eum extra ciuitatem credentes eum mortuum. Secundo pericula mortis illata a periculo nature. et hec sunt specialiter maris et aggrauat ea. Primo ex numero. quia ter naufragium feci id est pertuli. Secundo ex continuitate. quia nocte et die in profundo maris fui quod est grauius. quia ad litteram dicit quod cum plures passus sit naufragium: tamen semel stetit sub aqua per diem et nocte: diuina eum virtute protegente. Unde poterat dicere illud Ione. 2. Et projicite me in profundum etc. Numeratis autem malis illatis enumerat consequenter cum dicit In itineribus etc. Etiam mala assumpta. Et primo exteriora. Secundo interiora ibi. Preter illa que extrinsecus etc. Mala exteriora exprimit et quantum ad mala que contingunt in itineribus. Secundo quantum ad ea que eueniunt in domibus. Quantum ad primum. Primo ponit multipliciter itinerum dicens: In itineribus sepe scilicet ostensus sum minister christi sustinendo multa duram et grauiam patienter. Romano. 15. Ab hierusalem usque in illiricum etc. Et cum hoc multas alias vias fecit et romam et in hispaniam vadens. ps. Propter verba labiorum tuorum etc. Secundo enumerat pericula itinerum. Et primo premitit minora. Secundo subdit grauius periculum quod est in falsis fratribus. Premittit autem tria finem que multa pericula passus est. Primo pericula finem causas. et hoc vel ex causa naturali. Et ideo dicit Periculis fluminum. Naturaliter enim flumina hyeme excrefcunt et sunt rapida et valde periculosa etc. Aliter ex malitia violenta. et istud ad hoc dicit Periculat latronum quos excitabat ei dyabolus ut vel vestes ei auferret Job. 19. Similiter venerunt latrones etc. Secundo enumerat pericula metum hereticos. et hoc vel ex suis. In die periculis ex genere id est a iudeis procuratis. Aliter ab extraneis

is. et ideo dicit Periculis ex gentibus propter vultum del predicatione qui eum capere volebant. et sic in suis et in aliis non habebat requiem. Jer. 15. Et quid me genuisti mater mea virum doloris etc. Tertio enumerat pericula istius ad loca. et hoc Aliter quantum ad ciuitates. vnde dicit. Periculis in ciuitate id est in comotionibus ciuitatum contra me. Sicut fuit ephesi et apud corinthios ut patet Act. 18. et 19. Vel quantum ad solitudines et quantum ad hoc dicit. Periculis in solitudine. que erant vel a bestiis malis sic quas do vipera momordit manum suam Act. vltimo. Quando comgregauit sarmenta. Aliter ex penuria ciborum vel istud ad maria. et ideo dicit. Periculat in mari non ex mari. sic. etc. 43. Qui nauigant mare etc. Sed grauius periculum subdit dicens: Periculis in falsis fratribus. id est in falsis christianis et hereticis et in pseudo. Jer. 9. Anusculum a fratre suo se custodiat.

Lectio sexta.

In labore et eruna. in vigilis multis. In fame et siti. in ieiunijs multis. In frigore et nuditate. preter illa que extrinsecus sunt instans mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur et ego non infirmor. Quis scandalizatur et ego non vror. Si gloriari oportet que infirmitatis mee sunt gloriabor. De et pater domini nostri iesu christi scit qui est benedictus in secula quod non mentior. Damasci prepositus gentis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenorum et me comprehenderet et per fenestram in porta dimissus sum per murum: et sic effugi manus eius.

Hic consequenter enumerat mala sponte assumpta que sustinentur in domibus. Et enumerat tria mala opposita tribus bonis que sunt necessaria ad vitam domesticam. Primum bonum est requies somni. Secundum est sustentatio cibi. Tertium est fomentum vestis. Requiit ergo somni opponit laborem et vigilias. Quantum ad labores dicit. In labore scilicet manuum. Act. 20. Ad ea que mihi opus erant etc. Et ideo dicit supra. 6. In laboribus quis ad litteram ut dictum est. s. manu sua victum querebat. Et 2. thessalo. 3. Nocte et die laborates etc. Quantum ad laboris affectum dicit. Et erumna que est defectus et languor consequens ex labore vel ex morbo naturali. ps. Conuersus sum in erumna etc. Quantum vero ad vigilias dicit. In vigilis multis: Vel vacando predicationibus de nocte. Aliter operi manuali. Act. 20. dicitur quod pertraxit sermonem usque ad mediam noctem. Sustentationi vero cibi opponit duplicem subtractionem: cibi vniuersalis. que est ex necessitate. Unde dicit. In fame et siti. quia scilicet ad litteram deficiebat sibi aliquando cibus et potus. 1. corinth. 4. Usque in hanc horam etc. Alia que est ex voluntate vnde dicit: In ieiunijs multis scilicet voluntarie assumpsit. et propter exemplum bonum et propter macerationes carnis. 1. corinth. 9. Castigo corpus meum etc. Sy contra Matt. 6. Nec omnia adiciuntur vobis. scilicet temporalia. Quare ergo in fame et siti? Respondeo dicendum est quod quando expedit adiciuntur nobis scilicet temporalia et propter utilitatem nostram. sed aliquando expedit carere eis. Fomentum vero vestis opponit vniuersalem

in epistolā II ad Corinthios XII

parte nature. Unde dicit. In frigore. Aliud ex parte inopie. Unde dicit. Et nuditate scilicet ostensus sum: scilicet minister christi. prime Corinthio. 4. Audi et instabiles. &c. supra sexto. In necessitatibus. & cetera. Consequenter cum dicit. Preter illa. &c. Enumerat mala assumpta interiora: que causant ex sollicitudine cordis pro pseudo. Bonus autē prelatus dupliciter affligitur pro subditis. Et primo sollicitudine conseruatiōis subditorum. Secundo pro defectu ipsorum. Et istam duplicem afflictionem passus est apostolus. Primum cum dicit. Preter illa que extrinsecus &c. Quasi dicat. Preter omnia que exterius patior & passus sum angit me grauius interior afflictio. Sollicitudo subditorum. Et id dicit. Instantia omniū ecclesiarum magna est & multū grauat: quod multum sollicitat. Luc. 10. Martha martha sollicita es & turbaris erga plurima. &c. Ro. 12. Qui preest sollicitudine. Secūdam afflictionē passus est pro defectu subditorum: & hoc dupliciter. scilicet pro defectu spiritualium. Unde dicit. Quis infirmas in fide & bono: & ego nō infirmos in corde volēs de eo sicut de me. 1. Cor. 9. Factus sum infirmis infirmus. &c. Iere. 9. Quis dabit capiti meo aquā. &c. Item pro defectu corporalium. Quis dicit. Quis scandalizat malo pene. i. quis patit tribulationes & ego nō vror igne compassionis. Iste ē ignis que dominus venit mittere in terram. Luc. 12. Et attende quod congrue vitur hoc verbo vror: quia compassio preedit ex amore dei & proximi qui ē ignis cōsumens: vum mouet ad subleuandas miseras proximorum & purgat ex affectu compassiōis: & per que nobis peccata relaxant. charitas autem illius compassiōis operit multitudinem peccatorum. Vel aliter. Aliquādo enim labitur homo in peccatum ex seipso: & tunc infirmas. Aliquādo autē ex malo exemplo aliorum: & tunc scandalizatur. Luc. 17. & Mat. 18. Et homini illi per quem scandalizatur veni. Deinde cum dicit. Si gloriari oportet. &c. confirmat quedā dictiones superius. Vel dicit quod supra loquitur quantum ad mala que pertulit cōmendabiliter: hic autē quantum ad mala que vitauit prudenter. Sed quia vitare pericula que surgunt propter fidem videt pertinere ad infirmitatem. Ideo primo premittit quod in illis que infirmitatis sunt vult gloriari. Secundo proponit iuramentū ad cōfirmationē dicendorum sibi. Deus & pater &c. Tertio ostendit modū vitandi ibi Damasci. &c. Proponit ergo primo de quibus gloriatur si debet gloriari dicens. Si pro quia oportet gloriari que sunt infirmitatis mee gloriabor. Quasi dicat. Alij gloriantur in genere & in alijs mundanis reb? Phil. 3. Glia in cōfusione. &c. Et ego etiā coactus gloriari sum in eis. Tū si gloriari oportet gloriabor in infirmitatibus meis. infra 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Secundo subdit quod non mentitur inuocans testimoniū diuinum per modū iuramenti vt credatur sibi dicens. Deus & pater. &c. Tū tria ponit. Unum per quod inducit ad amorem. Unde dicit. Deus Iere. 9. Quis non timebit te. &c. Aliud per quod excitauit ad amorem. Unde dicit. Pater. Jac. primo. Omne datum optimum &c. Mal. primo. Si ego pater vbi est amor meus? Vel sibi aliam litterā honor meus. Tertium per quod mouet ad reuerentiam et laudem. Unde dicit. Qui est benedictus deus in secula supra. primo. Benedictus deus & pater. &c. Iste ergo tā reuerendus tā diligendus tam timendus scit quod nō mentior scilicet in his que dixi & diciturus sum supra primo. Non enim est apud nos ē & nō &c. Consequenter cum dicit. Damasci prepositus. &c. Ostendit quanta mala vitauit & hoc in quodam particulari periculo. Tū sciendū ē quod apostolus primo cepit predicare xpm in damasco. vbi dux

pergeret xpianos capere prostratus ē & ad fidem conuersus. Et ideo iudei ad prepositum illius ciuitatis que erat ibi pro aretha rege confugerunt vt paulum caperent et occiderent. Et ideo ille faciebat custodiri nocte et die portas ciuitatis vt dicitur Actuum. 9. Christiani autem qui erant ibi volentes seruare paulum: eum submiserunt in sporta per murum & sic euasit. Hunc ergo modum euadendi tangit apostolus dicens. Vere nō mentior de hoc quod dico etiam modo. Nam damasci. &c. id est prepositus qui sub aretha rege genti damascenorum preerat custodiri faciebat inductus a iudeis ciuitatem damascenorum. ad hoc scilicet vt me comprehenderet & comprehensum assignaret iudeis ne amplius predicarem: sed ego per fenestram submissus sum per murum: & sic effugi manus eius scilicet prepositi. Et hoc fuit de mandato domini dicentis. Matthei. x. Si vos persecuti fuerint. &c. Sic michol dauid posuit per fenestram: ne caperetur a saule primi Regi. 19. Sic Raab exploratores dimisit cum fune per fenestram. Josue. 2. Sed hic obijcitur contra apostolum primo quis videtur quod non fuerit sufficienter confusus in domino sed fugit. Respondeo dicendum est quod quod adest humanum auxilium homo non debet confugere ad auxilium diuinum: quia hoc esset tempore deum. sed debet vti illo auxilio quantum potest. Apostolo autem nondum deerat humanum auxilium. Secundo obijcitur quia iob. 10. dicitur. Mercenarius autem et qui non est pastor videt lupum venientem & fugit. Ans videtur quod non fuerit bonus pastor. Respondeo dicendum est quod aliquando queritur persona prelati tantum. aliquando cum prelato totus populus. Quando ergo queritur prelatus solus tunc debet committere curam alteri & absentare se. Et sic fecit hic paulus. Et ideo dicit glo. quod licet fugeret tamen fuit ei cura de ouibus: bono pastori in celo sedenti eas cōmendando & vtilitati eorum se per fidem preferuando. Quando vero queritur totus grex tunc debet preponere vtilitatem & salutem gregis salutem corporis sui. Nota autem quod est quedam fuga humilitatis quando quis fugit honores: sicut christus fugit. Jo. 6. Cum vidisset quod vellent eum eligere in regem fugit. Sic Saul cum electus fuit in regem abscondit se domini primi Regi. 10. Quedam vero fuga est cautele: quando scilicet fugit pericula vt preferuetur ad maiora. Sic helyas fugit propter lezabel. tertij Regi. 19. Et sic apostolus hic fugit manus prepositi.

Capitulum duodecimum.

Gloriari oportet: nō expedit quod dem. Teniam autem ad visiones & reuelationes domini. Scio hominē in xpo ante annos quatuordecim siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit: raptum huiusmodi usque ad tertium celum.

Postea sua cōmendatione quantum ad mala perpeffa: hic consequenter apostolus cōmendans ostendit p̄minentiam sue dignitatis quantum ad bona diuinitus recepta. Prima autem gloriatio fuit de infirmitatibus. Ista vero est de bonis eius. Unde circa hoc duo facit. Primo commendat se de bonis susceptis diuinitus. Secundo excusat se de hac cōmendatōe quod hoc fecerit quasi cap

Explanatio sancti Thome

scelus ibi. Factus sum insipiens. 27. Circa primum duo
facit. Primo extollit magnitudinem eorum que sibi
collata a deo. Secundo manifestat remedium in firmita-
tis sibi adhibitu contra periculum superbie. ibi. Et ne
magnitudo. 27. Circa primum duo facit. Primo ponit do-
num sibi diuinitus collatum. Secundo ostendit quomodo
se habuit in gloriando de huiusmodi bono ibi. Pro hu-
iusmodi gloriatio. 27. Circa primum duo facit. Primo ostē-
dit qd sit hoc sibi collatum diuinitus in generali. Secundo
vero in speciali. ibi. Scio hominē. 27. Bonū autē apo-
stolo collatū diuinitus sunt reuelationes sibi diuinitus fa-
cite. 27. de istis vult hic gloriari. Unde dicit. Si gloriari
oportet. i. quia gloriari oportet propter vos. tamen finis
non expedit. quia qui gloriatur de bono recepto incli-
dit in periculum amittendi qd habet. Eccl. 43. Aperti
sunt thesauri. s. virtutū per gloriationē inanē et euane-
runt nebule sicut aures. Et hoc significat in ezechia. Eia.
39. quādo ostendit thesauros domus domini nuncijs re-
gis babilonis. Et licet simpliciter nō expediat gloriari
tamen aliquādo ppter aliquā specialē cām potest homo
gloriari sicut ex pmissis manifestū est. Et ideo dicit. Et
gloriari oportet. ideo dimissis cōmendationib⁹ de infir-
mitatibus: veniam cōmendando me ad visiones et reue-
lationes domini. **Ubi notandū est qd differentia est inter
visionem et reuelationem. Nam reuelatio includit visio-
nem et non econuerso. Nā aliquādo vidēt aliqua quorū
Intellectus et significatio ē occulta videntis: tunc est visio
solus. Sicut fuit visio pharaonis et nabuchodonosor
Dan. 2. et Hen. 41. Sed quādo cum visione habetur si-
gnificatio intellectus eorū que vidētur: tūc est reuelatio
Unde quātū ad pharaonem et nabuchodonosor visio de
spiciis et de statua fuit solum visio sed quantū ad ioseph
et danielē qui significationē visorum habuerunt fuit re-
uelatio et pphetia. **Utrumq; tamen scz visio et reuelatio
quādoq; quidē sit a deo. Dan. 2. Est deus in celo reue-
lans mysteria. **Eccl. 12. Ego visiones multiplicavi eis
ps. Reuela oculos meos: c. Quādoq; vero a malo spi-
ritu. **Jer. 23. **Prophete pphetabāt in baal. **Apostolo
autē facta est et visio et reuelatio qd secreta que vidit ple-
ne intellexit a domino non a malo spiritu. **Uñ dicit do-
mini. **Est autem reuelatio amoris velamenti. **Pōt autē
esse duplex velamen. **Unū ex parte videntis: et hoc ē in-
fidelitas vel peccatus vel duricia cordis. et de hoc supra
tertio. **Uq; in hodiernum diem velamen. 27. **Aliud ex
parte rei vise: quando scz res spiritualis proponitur ali-
cui sub figuris rerum sensibilū: et de hoc dicit Numeri
4. **Quia sacerdotes tradebant leuitis vasa sanctuarij ves-
lata: quia scilicet debiliores nō possunt spiritualia capere
se fin qd in seipsis sunt. **Et ideo dominus loquebat tur-
bis i parabolis. **Mat. 13. **Et dicit quēter visiones et reue-
lationes huiusmodi manifestat apostolus in speciali lo-
quens de se tanq; de alio. **Unde dicit. **Scio hominē in
xpo. 27. **Et ponit duas visiones. **Prima incipit hic. **Se-
cunda vero incipit ibi. **Et scio huiusmodi hominē i xpo
27. **Circa primā autem visionē vtitur apostolus quadā
distinctione. **Dicit se enim circa huiusmodi reuelationē
scire quedam et quedā nescire. **Dicit autem se scire certa
scz videntis conditionem. **Unde scio hominē in christo.
Visionis tempus quia ante annos quatuordecim et visio-
nis fastigium qd raptus vsq; ad tertium celū. **Dicit au-
tem se nescire videntis dispositionem: quia siue in corpo-
re siue extra corpus nescio. **Videamus ergo ea que scia-
uit vt per nota ad ignota facilius peruenire possimus.
Et primo videntis conditionē que est laudabilis: quia i
xpo id est cōformē xpo. **Sed ptra. **In xpo nullus est nisi**

qui habet charitates qd pte Jo. 4. 31. **Qui manet i cha-
ritate in deo manet. **Et qd sciuit se habere charitates qd
est contra illud. **Ne sciat homo vtrū odio vel amore dign⁹
sit. 27. **Respondeo qd esse in xpo pōt intelligi dupliciter
Uno modo p fidem et fidei sacramentū fin illud a postor-
li Gal. 3. **Quotquot baptizati estis: xpm induistis. s. p
fidem et fidei sacramentū. **Et hoc modo sciuit se apostol⁹
in xpo esse. **Alio modo dicit aliquis esse in xpo per cha-
ritatē: et hoc modo nullus scit se esse in xpo certitudinali-
ter: nisi per quedā experimenta et signa: inquantū sentit
se dispositum et cōiunctū in xpo. ita qd nullo modo etiam
propter mortē pmitteret se separari ab eo. **Et hoc de se
expertus erat apostolus cuz dicebat Ro. 8. **Certus enim
sum qd neq; mors neq; vita 27. separabit nos a charitate
Unde potuit habere huiusmodi signa qd est in charitas
te xpi. **Secundo visionis tēpus qd fuit cōueniens qd ante
te annos quatuordecim: qd quatuordecim anni tranfacti
erant ab eo tēpore quo viderat visionē vsq; ad tempus
quo scripsit hanc epistolam. **Quando enim hanc epistolā
scripsit nōdum apostolus erat positus in carceres. **Et sic
videt qd fuit circa principiu imperij neronis a quo post
multū tempus occisus fuit. **Unde si cōputemus annos
descendentes a principio imperij neronis vsq; ad qua-
tuordecim annos manifeste apparet qd apostolus habuit
it has visiones in principio sue cōuersionis. **Ne enim con-
uersus fuit ad xpm anno quo xps passus est. **Xps autem
passus est circa finē tiberij cesaris: quo mortuo successit
ei gajus imperator: qui vixit quatuor annis. post quem
nero factus est imperator. **Et sic inter tiberium et nero-
nem fluxerunt quatuordecim anni. **Et sic additis duobus
bus annis de tempore tiberij quia nōdū mortu⁹ erat quā
paulus fuit cōuersus de tempore neronis qd fluxerat vsq;
ad tempus quādo scripsit hanc eplam relinquit qd a
tēpore sue cōuersionis vsq; ad tempus quo hanc epistolā
scripsit fuerunt anni quatuordecim. **Et ideo quidam vi-
cunt satis probabiliter qd apostolus has visiones habuit
in illo triduo quo post prostrationē suā a domino ste-
tit neq; videns neq; manducans neq; bibens. **Act. 9.
Comemoratur autē tempus sic cōuersionis ap' vt ostē-
dat qd si a tēpore sue cōuersionis tūc erat gratus xpo vt ta-
lia sibi ostenderet quātomagis post quatuordecim annos
cū profecerit et in auctoritate apud deū et in virtutibus et
gratia. **Tertio videam⁹ fastigiu visionis qd quidē excel-
lens: quia raptus vsq; ad tertium celum. **Sz sciendū qd
aliud est furari et aliud rapti. **Furari quidem pprie ē cuz
res alicui latenter aufertur. **Unde Hen. 41. dicebat Jo-
seph. **Furtim sublatus sum. **Sed rapti pprie dicit quod
subito et p violentiā aufert. **Job. 6. **Sicut torres raptim
id ē subito et rapide transit i cōuallib⁹. **Unde ē qd pdone-
qui violenter expoliant dicunt raptores. **Sz attende qd
aliquis hō dicit rapti ab hoib⁹ sicut enoch. **Sap. 4. **Rap-
tus ē ne maleicia 27. **Aliqñ rapti aia a corpore. **Luē. 12.
Stulte hac nocte aia tua 27. **Aliqñ aliqñ dicit rapti a se-
ipso qñ ppter aliqd homo efficitur extra seipm et hoc est
idē qd extasis. **Sz et extra seipm efficit homo et p appeti-
tuum virtutē et p cognitiuā. **Per appetitū em virtutē
tē hō ē solū in seipso qñ curat qd sunt sua tñ. **Efficit vero
extra seipm qñ nō curat que sūt sua sed qd quērit ad bo-
na aliorū. et hoc facit charitas. **1. Cor. 13. **Charitas non
querit qd sua sunt. **Et de hac extasi dicit Diony. 4. cap.
de diuinis noib⁹. **Est autē extasim facies diuin⁹ amor nō si-
nens amatorē suisipm esse sed amatorē scz rex amatarū.
Secundum cognitiuā vero aliquis efficit extra se quan-
do aliquis extra naturalē modū hois eleuatur ad aliqd
videndum: et de isto rapta loquitur hic ap'us. **Sed sciens**

in epistolā II ad Corinthios XII

dum q̄ modus naturalis humane cognitionis est vt cognoscat simul per vim mentalem que est intellectus & corporalem que est sensus. Et inde est q̄ homo nō habet in cognoscendo liberū iudicium intellectus nisi quādo sensus fuerit in suo vigore bene dispositi absq̄ aliquo ligationis impedimento: cum impediunt etiā iudicium intellectus impedit: sicut in dormientibus patet. Tunc ergo homo efficitur extra se s̄m cognitiuā quando remouetur ab hac naturali dispositione cognitionis que ē vt intellectus ab vsu sensuum & sensibiliū rerū abstract⁹ ad aliqua videnda moueat. **Q̄d** quidem contingit dupliciter. **Q̄no** modo per defectum virtutis vnde cuiq̄ talis defectus contingat: sicut accidit in freneticis & alijs mente captis. & hec quidē abstractio a sensibus nō est eleuatio hominis sed potius depressio: quia virtus eorū debilitatur. **Alio** vero modo per virtutem diuinam & tūc proprie dicitur eleuatio q̄ cum agens assilēt sibi patiens abstractio que fit virtute diuina & est supra hominē: ē aliquid altius q̄ sit hominis natura. Et ideo raptus sic acceptus diffinitur sic. **Raptus** est ab eo qd̄ est s̄m naturā in id qd̄ est supra naturā in vi superioris nature eleuatio. In qua quidem diffinitione tangitur eius genus v̄ dicitur eleuatio. **Causa** efficiens quia vi superioris nature. **Et** duo termini mor⁹. s̄. a quo & in quē cū dicit ab eo qd̄ est s̄m naturā in id quod est supra naturā. **Sic** ergo patet de raptu. **Sequitur** de termino raptus. s̄. ad quem cū dicitur. **Atq̄** in tertium celum. **Notandum** est autē q̄ tertium celum tripliciter accipit. **Q̄no** modo s̄m ea que sunt infra animam. **Alio** modo s̄m ea que sunt in anima. **Tertio** modo s̄m ea que sunt supra animā. **Infra** animā sunt omnia corpora vt dicit **Aug⁹** in libro de vera religione. **Et** sic possumus accipere triplex celum: corporeū sc̄z arētū & derēum & empyrreum. **Et** hoc modo dicit q̄ ap̄ls erat raptus vsq̄ ad tertium celum. i. vsq̄ ad vidēdum ea que sunt in celo empyrreo: non vt existeret ibi: quia sic sciret si fuisset siue in corpore siue extra corpus. **Vel** s̄m damascenum qui nō ponit celum empyrreū possumus dicere q̄ tertium celum ad qd̄ raptus ē apostolus est supra octauā speram vt. s̄. euidenter videret ea q̄ sunt supra totam naturā corporalem. **Si** autem accipiam⁹ celum s̄m ea que sunt in ipsa anima: sic celū debem⁹ dicere aliquam altitudinem cognitionis que excedit naturales cognitionē humanā. **Est** autē triplex visio. s̄. corporalis per quā videmus & cognoscimus corpora spiritualia siue imaginaria qua videmus similitudines corporum. & intellectualis qua cognoscimus naturas rerū in se ipsis. **Nam** proprie obiectum intellectus est quod qd̄ est huiusmodi autem visiones si stant s̄m naturalem modū puta si video aliquid sensibile si imaginor aliquid prius visum si intelligo per fantasmatā nō possunt dici celum. **Sed** tunc quelibet istorum dicitur celum quando est supra naturalem facultatem humane cognitionis: puta si aliquid vides oculis corporalibus supra facultatem nature: sic es raptus ad primū celum. **Sicut** balthasar raptus est videns manum scribentis in pariete. vt dicitur **Dan. 5.** **Si** vero eleueris per imaginationem vel p̄ spiritum ad aliquid supernaturaliter cognoscendum: sic es raptus ad secundū celum. **Sic** raptus fuit petrus qm̄ vidit lintbeum immissum de celo. vt dicitur **Act. 10.** **Et** si aliq̄s videret ipsa intelligibilia & naturas iporū nō per sensibilia nec per fantasmatā sic esset raptus vsq̄ ad tertium celum. **Sed** sciendum est rapti ad primum celū est alienari a sensibus corporalibus. **Unde** cum nullus possit abstrahi totaliter a sensibus corporeis: manifestum ē q̄ nullus pot̄ dici simpliciter raptus in primū celū s̄z p̄

quid. **In** quantum contingit aliquādo aliq̄ sic esse intentum ad vnum sensum q̄ abstrahitur ab actu aliorū. **Nam** p̄ ad secundū celū ē quādo aliquis alienat⁹ a sensu ad videndum quedam imaginabilia. vnde tales semper consueverunt fieri in extasi. **Et** id̄ **Act. 10.** **Quādo** petr⁹ vidit lintbeū dicitur q̄ factus fuit in extasi. **Paulus** vero dicitur raptus ad tertium celum q̄ sic fuit alienat⁹ a sensibus & sublimatus ab omnibus corporalibus vt videret intelligibilia nuda & pura eo modo quo vident angeli et anima separata: & quod plus est etiā ipsi v̄ deū per essentiam vt **Augustin⁹** expresse dicit. **12. super Gen. ad litteram** & in glo. & ad paulinam in libro de videndo deum. **Nec** etiam est probabile: vt moyses minister veteris testamenti ad iudeos viderit deum & minister noui testamenti ad gentes & doctor gentium hoc dono fuerit priuatus. **Unde** dicit ipse supra. **3.** **Si** ministratio dānationis fuit in gloria &c. **De** moysē autē q̄ viderit deū p̄ essentiam patet. **Nam** ipse a domino petiuit. **Exo. 33.** **Quē** de mihi faciem tuam. **Et** licet tunc negatū fuerit sibi nō tñ dicitur q̄ dominus finaliter negauerit ei. **Unde** dicit **Augustinus** q̄ concessum fuit ei per hoc qd̄ dicitur **Rumet. 12.** **Si** quis fuerit inter vos propheta domini. &c. **Et** vero non talis seruus meus moyses &c. palam enī & nō per enigmata videt deum. **Sed** nunquid fieri potuisset paulo vt nō raptus videret deum. **Dicendū** q̄ nō. **Nā** impossibile est q̄ deus videatur in vita ista ab hominē nō alienato a sensibus: quia nulla imago nullū fantasma est sufficiens mediū ad dei essentia ostendendā: ideo oportet q̄ abstrahat⁹ & alienet⁹ a sensibus. **Tertio** modo accipiendo celum s̄m ea que sunt supra animam: sic triplex celum est triplex hierarchia angelorum: & s̄m hoc apostolus raptus fuit vsq̄ ad tertium celum. id est ad hoc vt videret essentiam dei: ita clare sicut vident eum angeli superioris & prime hierarchie qui sic vident deū q̄ immediate in ipso deo recipiunt illuminationes & cognoscunt diuina mysteria. **Et** sic vidit paul⁹. **Si** ergo sic vidit essentiam sicut angeli superioris hierarchie. ergo bñ videtur q̄ ap̄ls fuerit beatus & p̄ cōsequēs fuerit immortal⁹. **Unde** q̄ licet viderit deū per essentia nō tamē fuit beatus simpliciter sed solū s̄m quid. **Sciendū** ē autē q̄ visio dei p̄ eētia fit per lumen aliquod. s̄. p̄ lumē glorie: & quo d̄ in ps̄. **In** lumine tuo videbimus lumen. **Et** aliquid lumē cōtatur alicui per modū passionis: alicui vero per modū forme inherētis: sicut lumē solis inuenitur ī carbunculo & in stellis vt forma inherens. i. connatural effecta: sed in aere inuenit vt forma transiens & non permanēs q̄ transit abeunte sole. **Sic** et lumē glorie dupliciter mētī infundit. **Q̄no** modo p̄ modū forme cōnatural facte & p̄manentis: & sic facit mentē simpliciter beatam. **Et** hoc modo infundit beatis in patria: & ideo dicuntur cōphensores: & vt ita dicā visio: eos. **Alio** mō cōtingit huiusmodi mentē hūanā sicut qdam passio transiens: & sic mens pauli fuit in raptu lumine glie illustrata. vñ etiam ipsum nomen raptus ostendit transcundo hoc eē factum & ideo nō fuit simpliciter glificatus nec habuit dorē glie. cum illa claritas non fuerit effecta proprietaria. **Et** propter hoc non fuit deriuata ab anima in corpus: nec in hoc statu perpetuo permansit. **Unde** solus actum beati habuit in ipso raptu sed nō fuit beatus. **Sic** p̄ hoc patet quid apostolus sciuit in suo raptu. scilicet videntis conditio nem visionis tempus: et visionis fastigium. **Sequitur** quid nesciuit scilicet vtrum esset in corpore vel extra corpus: quod tamen dicit deū scire. **Unde** dicit. **Sicut** in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. qd̄ quidam intelligere voluerūt vt raptus referat⁹ ad corpus:

Explanatio sancti Thome

Dicitur apostolus dixisse se nescire non quidem an anima esset coniuncta corpori in illo raptu an non sed esset raptus secundum animam et corpus simul: ut simul corporaliter portaretur in celum sicut abachuc portatus fuit Dan. ultio. an secundum animam tantum esset in visionibus dei: ut dicit Ezech. 8. In visione adduxit me in terram israhel. Et iste fuit intellectus cuiusdam iudei quem exprimit hieronymus in prologo super Dan. ubi dicit denique et apostolus nostrum dicit non fuisse autem affirmare se raptum in corpore sed dixisse siue in corpore. Sed hunc intellectum Augustinus maxime improbat. 12. super gen. ad litteram: quod non convenit cum alijs verbis apostoli. Apostolus enim dicit se raptum usque in tertium celum. Unde sciuit pro certo illud fuisse verum celum. Sciuit ergo an illud celum esset corporeum an incorporeum. id est res incorporea. Sed si fuit incorporeum sciuit quod corporealis iter ibi rapti non potuit quia in re incorporea non potest esse corpus. Si vero corporeum fuerat sciuit quod non fuit ibi anima sine corpore quia anima coniuncta corpori non potest esse in loco ubi non est corpus: nisi celum corporeum dicatur similitudo celi corporei. Sed si sic apostolus non dixisset se scire quod esset raptus in tertio celum. id est in similitudinem celi: quia pari ratione dicere potuisset quod fuisset raptus in corpore. id est in similitudine corporis. Dicendum est ergo secundum Augustinum quod diuinam essentiam nullus in hac vita postus et hac mortali vita viuens videri potest. Unde dicit dominus Exo. 33. Non videbit me homo et viuet. id est non videbit me homo nisi totaliter separetur a corpore. ita scilicet quod anima eius non insit corpori ut forma: vel si insit ut forma tamen mens eius omnino in huiusmodi visione totaliter alienetur a sensibus. Et ideo dicitur quod hoc quod apostolus dicit se nescire vtrum scilicet in illa visione anima eius fuerit totaliter separata a corpore. Unde dicit siue extra corpus vel vtrum anima eius extiterit in corpore ut forma tamen mens eius fuerit a sensibus corporeis alienata. Unde dicit. Siue in corpore. Et hoc etiam alij concedunt.

Lectio secunda.

Escio huiusmodi homines siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. quoniam raptus est in paradysum: et audiuit archana verba que non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor. pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam si si voluero gloriari non ero insipiens: veritatem enim dicam. Parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me. aut audit aliquid ex me.

Posito primo raptu. ponitur consequenter secundus raptus. Et duo facit. Primo ponit raptus. Secundo raptus excellentia. ibi. Et audiuit archana. 12. Sed notandum quod glo. dicit istum raptum esse alium a primo. Et si bene consideretur bis legitur aliquid de apostolo ad quod possunt isti duo raptus referri. Nam Act. 9. legit de eo quod stetit tribus diebus non videns et nihil manducans neque bibens: et ad hoc potest referri primus raptus: ut scilicet tunc fuerit raptus usque ad tertium celum. Sed Act. 22. legitur quod factus est in seipso in stupore mentis: et ad hoc refertur iste secundus raptus. Sed hoc non videtur verisimile quia quando in stupore mentis factus fuit missus iam fuerat in carcere apostolus. sed hanc epistolam scripsit apostolus diu ante vnde prius scripta fuit hec epistola quod apostolus fuisset in stupore. Et ideo dicendum est quod differt iste raptus

a primo quantum ad id in quo raptus est. Nam in primo raptus est in tertium celum. In secundo vero in paradysum dei. Si vero aliquis tertium celum acciperet corporaliter secundum primam acceptionem celorum superius positam vel si fuerit visio imaginaria posset similiter dicere paradysum corporalem ut diceretur quod fuerit raptus in paradysum terrestrem. sed hoc est contra intentionem Augustini secundum quem dicimus quod fuit raptus in tertium celum. id est visionem intelligibilem secundum quod in seipsis et in proprijs naturis videntur et si prout dicitur est. Unde secundum hoc oportet nos non aliud intelligere per celum et aliud per paradysum: sed vnum et idem per vtrumque scilicet gloriam sanctorum sed secundum alium. Celum enim dicit altitudinem quandam cum claritate: paradysum vero quandam iocundam suauitatem. In sanctis autem beatis et angelis deum videntibus sunt excellenter hec duo. quod est in eis excellentissima claritas qua deum vident: et summa suauitas qua deum fruuntur. Et ideo dicunt esse in celo quod est ad claritatem et in paradiso quantum ad suauitatem. 12. 12. 66. Videbitis et gaudebitis 12. Fuit ergo vtrumque collatum apostolo. ut scilicet sublimaretur ad illam altissimam claritatem cognitionis: et hoc significat cum dicit. Ad tertium celum et vtrum sentiret suauitatem diuine dulcedinis. vnde dicit in paradysum. ps. Magna multitudo dulcedinis tue 12. Apo. 2. Vincenti dabo manna absconditum 12. Et ista dulcedo est gaudium de diuina frustione. de qua Mat. 25. dicitur. Intra in gaudium domini tui. Sic ergo patet terminus raptus quia in paradysum id est in eam dulcedinem qua indeficienter refectuntur illi qui sunt in celesti hierusalem. Consequenter sequenter ipsius raptus excellentia quia audiuit archana que non licet homini loqui. Et hoc potest dupliciter exponi. Uno modo ut si homini construat cum licet et loqui et sensus est. Audiuit archana verba. id est percipit intima cognitione de secreta dei essentia quasi per verba que. scilicet verba non est licitum ut homini dicant. Alio modo ut si homini construat solum cum non licet: et tunc est sensus. Audiuit verba. 12. que verba non licet homini loqui homini. scilicet imperfecto. Sciendum autem quod secundum Augustinum paulus est raptus ad videndum diuinam essentiam. que quidem non potest videri per aliquam similitudinem creatam. Unde manifestum est quod illud quod paulus vidit de essentia diuina nulla lingua humana potest dici: alius deus non est incomprehensibilis. Et ideo secundum primam expositionem dicendum est. audiuit. id est considerauit archana verba. id est magnificentiam diuinitatis quam nullus homo potest loqui. Dicit autem audiuit pro vidit. quia illa consideratio fuit secundum interiorum actum anime in quo idem est auditus et visus secundum quod dicitur Numeri. 12. Ore ad vos loquitur ei et palam. 12. dicit autem illa consideratio visio in quantum deus videt in hoc et locutio in quantum homo in ipsa instruit de diuinis. Et quod huiusmodi spiritualia non sunt padenda simplicibus et imperfectis sed perfectis secundum quod dicitur primo Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. id est. Secundo modo exponit quod secreta que ibi audiuit non licet mihi loqui homini. id est imperfectis sed spiritualibus inter quos loquimur sapientiam. Proverb. 25. Alia dei est celare verbum. id est. hoc ipsum quod necesse est celare magna lia dei pertinet ad gloriam dei. ps. secundum translationem hieronymi. Tibi silet laus dei. id est. in comprehensibilis est verbis nostris. Deinde cum dicit pro huiusmodi gloriabor. 12. ostendit quod se habet ad gloriam. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit se non gloriari de homini relationibus. Secundo insinuat se habere aliquid propter illud vnde gloriari possit ibi. Nam si voluero 12. Tertio assignat causas que non gloriatur de omnibus. ibi. Parco autem ne quis 12. Circa primum sciendum est quod hoc quod dicit. pro huiusmodi autem gloriabor. 12. potest dupliciter legi. Uno modo ut apostolus ostendat se esse ipsum

in epistolā II ad Corinthios XII

pro quo gloriatur ut scy ipse sit qui vidit has visiones. Alio modo ut ostendat qd alius sit qui vidit has visiones. Sciendū est est qd in homine duo possunt considerari scy donum dei et humana conditio. Si ergo aliquis gloriatur in aliquo dono dei ut a deo accepto illa est bona gloria: quia sic in domino gloriatur ut dicitur supra. x. Sz si gloriatur de illo dono sicut a se habito tunc mala ē gloriatio huiusmodi. pte. **Cor. 4.** Quid habes quod nō accepisti. Si autē accepisti quid gloriaris quasi nō accepisti. Dicit ergo apostolus fm hoc p hmoi scy visionibus et donis dei mihi collatis gloriabor. Pro me autē nō id ē non gloriabor inde quasi a me accepim: quia a deo habui. Sed si pro me oportet gloriari nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis id est nō habeo unde possum gloriari nisi de infirma conditione mea. Si autē exponat ut ostendat aliū esse qui nō vidit et si ipse sit: tunc ē sensus ut quasi loquat de quodā alio dices. Pro huiusmodi gloriabor. id est pro illo homine qui hoc vidit et qd hec dona recepit gloriabor: sed pro me quasi velim manifestare me esse talem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. id est de tribulationibus quas patior. Sz qd isti possent sibi dicere. **Apostole** nō est mirū si non gloriaris quia nō habes unde gloriaris. Ideo apłs ostendit qd etiam preter illas visiones habet aliquid unde possit gloriari dicens. Licet pro huiusmodi boie glorier et nō pro me tamē etiā bene pro me possum gloriari. nā si voluero gloriari et. vel pro hmoi tribulationibus vel pro alijs mihi a deo collatis vel etiā pro infirmitatibus non ero insipiens. id est nō insipienter agam. Et quare Veritate enim dicam de alijs de quibus pter dictas visiones gloriari possū. **Dicit autē** nō ero insipiens quia gloriabatur de his que habebat. Quādo enī gloriatur quis de his que nō habet stulte gloriatur. **Apo. 3.** Dicitis qd vides sū et nullius ego et nescis et. Et quia gloriabatur ex causa sufficienti ut ex predictis est manifestū. **Consequenter autē cū dicit.** Parco autē et. Ostendit rationē quare non gloriatur de oib? si pot gloriari que quidem nō est ut eis parcat. Unde dicit parco autē. **Quasi dicat.** Possez de pluribus alijs gloriari: sed parco. i. parco glorio: vel parco vobis comedando me: nolens esse onerosus vobis. Nam talia mihi deus concessit que si sciretis reputaretis me multo maiorem: et hec sūt dona gratuita multa que habebat apostolus. Et quib? homines hui? mundi consueverunt plus comedare homines et maiores eos reputare qd ex gratiū facientib?. Et iō dicit. **Holo** ex gratiū tuitis comedari. Et iō parco. i. nō glorio. Et quare? Me quis existimet me comedare vel gloriari: supra id qd videt. et. Vel aliter homo dupliciter cognoscitur p quersationē et doctrinā suā. **Apostolus autē** volebat aliz qua de se dicere: licet posset que excedebāt et vitam et doctrinam suam. Et ideo parco autē ne quis existimet me esse supra id quod videt de conversatione mea exteriori aut audit aliquid ex me. id est ex doctrina p dicationis et exhortationis et instructionis mee: qd forte crederēt eum esse vel imortalem vel angelū. **Prover. 11.** Vir prudēs tacebit. **Prover. 29.** Totum spiritū suū pferit stultus. sapiens differt. et. Vel dicit parco autē et. pro detractionibus scy pseudo qui dicebant eum gloriari ex elatione et nō ex cā neq; de his qd i ipso erāt. Et iō dicit parco autē id est parco glorio: ne quis pseudo extimer me excedere elationis spū. supra id. id est in aliquid quod videt i me vel audit ex me. id est supra posse meritorium. ps. **Domine** non est exaltatum cor meū. et. **Ecl. 3.** Quāto magnus es. et.

Lectio tertia.

Et ne magnitudo revelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qd me colaphizet. Propter qd ter dñm rogavi: ut discederet a me et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate pscific. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me virtus xpi. Proptē qd placeo mihi in infirmitatibus meis: i cōtumelijs: in necessitatibus: in psecutionib?: in angustijs pro xpo. Cū enim infirmor tūc potens sum.

Hic agit de remedio adhibito contra supbia. Et circa hoc tria facit. Primo enī ponit remediū adhibitiū. Secūdo manifestat suā ořdem de remedio remouendo. tibi. Propter qd ter dominū et. Tertio insinuat dñi responsionē assignantis rōnē de adhibito remedio ibi. Et dixit mihi dñs et. Circa primū sciendū ē qd plerūq; sapiens medicus pcurat et permittit supuenire infirmo minore morbū ut maiore curet vel viter: sicut ut curet spasmus procurat febē. hoc euidenter in se bear? apostolus a me dico animaz dño nro iesu xpo factū ostendit. Xps enim velut medic? aīaz sūmus ad curandū graues amie morbos pmittit plurimos electos suos et magnos i morbis corporū grauitter affligi. et qd plus ē ad curandū maiora crimina pmittit incidere in minora etiā mortalia. Inter omnia vero pctā grauius peccatū est supbia. Nam sicut charitas ē radix et initium virtutū: sic supbia ē radix et initium oīm vitiōz. **Ecl. 10.** Initium omnis peccati supbia. Quod sic patet. Charitas enī ideo dicitur radix omniū virtutū: qd cōiungit deo qui ē vltimus finis. Unde sicut finis ē pncipiū omniū opabiliū: ita charitas ē pncipiū omniū virtutū. Supbia autē auertit a deo. Supbia enim est appetitus inordinat? excellētie. Si enī aliquis appetit aliquā excellentiā sub deo si moderate quidem appetit et ppter bonū sustineri potest. Si vero nō debito ordine pot quidē alia vitia incurrere scy ambitionis: auaritie seu inanis glorie et huiusmodi: tamē nō est proprie supbia nisi quādo quis appetit excellentiā nō ordinādo illā ad deū. Et ideo supbia ppe die dicta sepat a deo et est radix omniū vitiōz et pessimū omniū: ppter qd deus resistit superbis. ut dicit **Is. 4.** Quia ergo i bonis ē maxime materia huius vicij scy supbie: qz eius materia est bonū: pmittit aliquādo electos suos impediri ex aliqua sui pte ut p infirmitatē vel p aliquē defectū: et aliquē etiā p pctū mortale ab hmoi bono: ut sic ex hac pte humiliētur qd ex illa nō supbiāt. et hō sic humiliat? recognoscat se suis viribus stare nō posse. Cū dicit **Ro. 8.** Diligentibus deū et. Nō quidē ex eoz pctō sed ex ordinatiōe dei. Quia igit? apłs magnā habebat supbiendi materiā et q̄tuz ad specialē electionē qua a dño elect? ē. **Act. 9.** Has electi onis et. et q̄tū ad secretōz dei cognitionē: qz hic dicit se raptū in tertiu celum et i paradisu vbi audiuit archana verba que nō licet homini loqui et quantū ad maloz pessionē: qz supra. **1j.** In carcerib? plurimis in infirmitatibus. ter virgi et. et q̄tū ad virginalē integritatē qz volo oēs eē sicut et ego. **1. Cor. 7.** et q̄tū ad honorū operationē qz supra plus omnibus laboraui et spāluter q̄tuz ad maximam scientiam qua emicuit que specialiter inflat: ideo dominus adhibuit ei remediū ne in superbiā extolleretur. Et hoc ē quod dicit. Et ne magnitudo

Explanatio sancti Thome

do reuelationis mihi facite extollat me in superbia. **Acc.**
6. Non te extollas in cogitatione anime tue velut thaurus
2c. ps. Exaltatus autem humiliatus **2c.** Et dicit ut ostens
dat sibi factas fore reuelationes pdictas. **Parus** e mihi
id est ad mea vtilitatem et humiliatione. **Job. 30.** Eleua
sti me et quasi superventum ponens **2c.** **Parus** e in qd mihi
stimulus crucians corpus meum p infirmitate corporis vt
anima sanet: qd ad littera dicit qd fuit vehementer afflic⁹
dolore yliaco. **Vel** stimulus carnis mee. i. concupiscentie
surgens ex carne mea a qua multu infestabat. **Roma. 7**
Non enim qd volo **2c.** **Igit** ego ipse mente seruo legi dei
2c. **Unde Aug.** dicit qd inerant ei motus concupiscentie
quos tamen diuina gratia refrenabat. **Me** in qd stimulus
est angelus sathane. i. angelus malignus. **Est** autem ang
gelus a deo missus seu pmissus sed sathane qz sathane
intentio est vt subuertat: dei vero vt humiliet et pbatum
reddat. **T**imeat peccator: si ap⁹ et vas electionis secur⁹
no erit. **De** remotione autem huius stimuli remouendi
solicitus erat ap⁹. **Et** ppter hoc orabat. **Et** hoc est qd
subdit. **Propter** qd ter. **2c.** **T**ibi sciendu e qd infirm⁹ ne
sciens processum medici apponens mordax emplastru
rogat medicu vt remoueat: qd tamen sciens medic⁹ caus
sam quare faciat. s. prop⁹ sanitate no exaudit eu quam
ad voluntate petentis: magis curans de eius vtilitate.
Sic ap⁹ sentiens stimulu sibi grauē esse: ad singularis
medici cofugit auxiliu vt eu remoueat. **T**er enim exp⁹se
et deuote rogauit vt de⁹ tolleret ab eo. s. stimulu. **2.** **Pa**
ralip. 20. **Et** um ignorem⁹ quid agere debeam⁹. **2c.** **For**
te pluries hoc petijt sed exp⁹se et instanter ter eu petijt
vel ter. i. multotiens. **Ar**narius em e numerus perfe
ctus. **Et** vere ipe rogandus e: qz ipe vulnerat et medet.
Job. 5. 7. Luc. 22. **Orate** ne intretis in temptatione. **2c.**
Sequit responsio domini. **Et** dixit mihi domin⁹. **2c.**
Tibi duo facit. **Pr**mo ponit dñi responsione. **Sec**do resp
sionis rōnem assignat. **Ibi.** **N**am virtus **2c.** **D**icit ergo.
Ego rogauit sed domin⁹ dixit mihi. **S**ufficit tibi. **2c.** **Ass**
dicat. **N**o e tibi necessariu qd infirmitas recedat a te cor
poris qz non e periculosa qz no duceres ad impatientiaz
cu gratia mea cofortet te. nec infirmitas concupiscentie.
qz no protrahet te ad pctm: qz gra mea pteget te. **Ro.**
3. **I**ustificari gratis. **2c.** **Et** vere sufficit gra dei ad mala
vitanda: ad bona facienda: et ad vira psequenda eternam
prie **Coz. 15.** **G**ratia dei sum id qd sum. **2c.** **Ro. 6.** **G**ra
dei vita eterna. **Sed** cotra **Job. 15.** **Q**uicquid petieris
patre i noie meo **2c.** **Q**uare ergo paul⁹ discrete petiuit.
et tunc debuit exaudiri. aut indiscrete et tunc peccauit.
Rūdeo dicendu e qd de vna et eade re pot hō dupliciter
loqui. **U**no modo fm se et natura illius rei. **A**lio mō fm
ordinem ad aliud. **Et** sic cōtingit qd illud qd e malū fm
se et vitandū. fm ordinē ad aliud e appetendū: sicut pos
tio in qtu fm se e amara e vitanda: tamen qui cōsiderat
eam fm ordinē ad sanitatem appetit eā. **E**rgo et stimu
lus carnis fm se e vitandus et affligens. in qtu vero est
via ad virtutē et exercitiū virtutis: e appetendus. **A**pl⁹
aut qz nodū reuelatū et erat illud secretū diuine. puiden
tie vt ad vilitatem suā cederet: cōsiderabat sibi malum
qtu in se e. et iō petierat suā amonitionē: nec in hoc pec
cauit: sed deus qui ordinauerat hoc ad bonū humilitas
sue si exaudiuisset qtu ad ei⁹ voluntate qd tñ scies p⁹ mo
dū ap⁹ gloriabat eū diceret. **L**ibenter gloriabor **2c.** **Et**
licet no exaudierit eum qtu ad voluntate: exaudiuisset ta
mē eū et exaudiret scōs suos qtu ad eius vilitate. **Et** dicit
Jeronim⁹ in epla ad paulinū. **N**on⁹ domin⁹ qui sepe no
tribuit qd volumus: vt tribuat qd malleamus. **R**ationē
aut sue responsionis subdit cōsequenter euz dicit. **N**am
virtus **2c.** **D**irus modus loquendi. **V**irtus in infirma

te perficit. **I**gnis in aqua crescit. **I**ntelligi vero pot hoc
qd dicitur **V**irtus perficit in infirmitate dupliciter scz ma
terialiter et occasionaliter **S**i accipiatur materialiter tūc
e sensus. **V**irtus in infirmitate pficit. i. infirmitas e mas
teria exercende virtutis. **Et** primo humilitatis. vt supra
dictum est. **S**ecdo patientie. **I**aco. 1. **T**ribulatio pārien
tā operatur. **T**ertio temperantie quia ex infirmitate de
bilitat fomes et temperat⁹ efficit quis. **S**i vero accipiat⁹
occasionaliter tunc virtus in infirmitate pficit. i. occasio
perueniendi ad pfectā virtutē. qz homo scies se infirmū
magis sollicitat ad resistendū et ex hoc qd magis resistit et
pugnat efficitur exercitior: et per cōsequens fortior. **Et**
ideo **Leu. legi** et iudic. 3. **Q**d dominus noluit destrues
re omnes habitatores terre: sed aliquos referuauit vt. s.
filij isrl exercitiorer pugnādo cū eis. **S**ic etiam **S**capio
nolebat destructionē ciuitatis cartaginensis vt. s. dū ro
mani haberent hostes exterius no sentirent hostes inte
riores contra quos purius bellū est qd contra exteriores
vt ipse dicebat. **C**onsequenter ponit apostolus effectū
huius responsionis dñice dicēs. **L**ibēter gloriabor **2c.**
Ponit autē duplicē effectū. **U**nus e gloriatiois. **U**nde
de dicit. **Q**uia virtus mea perficit in infirmitatib⁹. **I**git
libenter gloriabor in infirmitatibus meis. i. mihi ad vti
litatē meā datis. **Et** hoc qz magis cōiungit xpo. **M**ibi
autē absit gloriari nisi in cruce **2c.** **Gal. vltio. Eccl. 10.**
Qui in paup⁹ gloriat⁹ **2c.** **A** rō qd libenter gloriabor
vt inhabitet in me virtus xpi: vt scz per infirmitates in
habitet et cōiungit in me gratia xpi. **E**la. 40. **Q**ui dat
lapso virtutē **2c.** **A**lius effectus e gaudij. **U**nde dicit **Pro**
pter qd cōplacō **2c.** **Et** circa hoc duo facit. **P**rimo pos
nit hmoi effectū. **S**ecundo huius effect⁹ rōnem assignat.
Ibi. **U**ni enim infirmor **2c.** **P**onit autē effectum gaudij et
materiā gaudij. **D**icit ergo propter qd: quia virtus xpi
habitat in me in infirmitatibus et in tribulationib⁹ om
nibus: et iō cōplacō mihi id est multū delecto et gaudeo
de vicis infirmitatib⁹ meis. **I**aco. 1. **U**nde gaudij existis
mate fratres **2c.** **D**efectus aut in quibus ppter gratiaz
xpi abundanter delectat enumerat. **Et** primo illos qd sūt
a causa interiori et huiusmodi sūt infirmitates. **Et** ideo di
cit in infirmitatib⁹. **ps.** **M**ultiplicate sūt infirmitates eor
rum postea accelerauerunt scz ad gratiam. **S**ecdo illos qd
sunt a causa exteriori. **Et** hos quidem quantū ad verbū
eū dicit. **In** contumelijs scz mihi illatis. **Act. 5.** **I**bane
apostoli gaudentes. **2c.** **Et** quantū ad factū et hoc est quā
tum ad defectum honorum eū dicit. **In** necessitatib⁹. i.
in penurijs necessariorum et in paupertate qua premeba
tur. **Et** hoc modo accipitur necessitas euz dicit **Roma.**
12. **N**ecessitatibus sanctorum cōmunicantes. **Vel** quan
tū ad experimentuz malorum illatorum et hoc quantum
ad exteriora. **Mat. 5.** **B**eati qui persecutionem **2c.** cum
dicit. **I**n persecut ionibus scz corporis quas de loco
ad locum et vbiqz experimur. **Et** quantū ad interiora dñi
cens. **In** angustijs id est in anxietatibus animi. **Mat. 13**
Angustie sunt mihi vndiqz **2c.** **S**ed materia omnium hor
rum que faciunt ad gaudij est: quia pro christo. **Q**uas
si dicit. **I**deo cōplacō quia propter christum patior.
prie **1^a Pet. 4.** **N**emo vestrum patiat⁹ quasi homicida
vel fur. **Et** huius gaudij rationem assignat dicens. **C**uz
enim infirmor **2c.** **Q**uas dicit. **V**erito cōplacō mihi
in illis quia quando infirmor **2c.** id est quando ex his qd
in me sunt vel ex persecutione aliorum incido in aliquod
predictorum: adhibetur mihi auxiliū diuinum: per qd
confirmor. **ps.** **C**onsolationes tue letificauerunt animaz
meā. **Joel. 3.** **I**nfirmus dicit: qz ego fortis sū. **supra. 4.**
Licet is qui fortis noster hō corrupta **2c.** **Exo. 1.** legitur
qz quanto plus premebant filij israel: tanto plus multi

in epistolā II ad Corinthios XII

plicabantur.

Lectio quarta.

Actus sum insipiens vos me coegit. Ego enim a vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt supra modum apostoli. Tametsi nihil sum: signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni potentia in signis et prodigiis et virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis praeter ceteris ecclesiis: nisi quod ego ipse non grauavi vos. Donate mihi hanc iniuriam.

Posita commendatione sua: consequenter apud excusat se de his que dixit. ostendens se coactus hoc dixisse quod gloria suam pertinet. Et circa hoc duo facit. Primo in primis corinthiis causam butusmodi glorificationis. Secundo exponit et manifestat hanc causam ibi. Ego enim debui. Dicit ergo. Confiteor quod in his omnibus commendationibus meis factus sum insipiens id est videri vobis quod opus insipientis fecerim: sed hoc non ex me nec sponte. Immo coactus feci et vestra culpa fuit. quia vos me coegistis id est dedistis mihi occasionem. Frequenter enim subditi cogunt prelatos aliqua facere: que insipienter facta esse iudicari possunt. sed tamen pro loco et tempore sapienter facta sunt. Hoc autem quod dixerat in comunem scilicet quod ipsi fuerunt causa sue commendationis exponit consequenter cum dicit. Ego enim debui. Vbi dicit quod ipsi fuerunt causa sue commendationis. Primo obmittendo bona que facere debuissent. In quo exaggerat eorum ingratitude. Secundo committendo mala in quo detestatur eorum malitiam ibi. Timor enim ne forte. Circa primum duo facit. Primo commemorat quod facere debuissent ostendens causam ibi. Nihil enim minus. Tertio remouet ipsorum excusationem ibi. Quid est enim quod minus. Dicit ergo vere vos me coegistis. quia vos debuissetis facere illud quod ego feci. Unde dicit Ego debui commendari a vobis quod non fecistis quoniam necessitas erat scilicet quando pseudo vilipendendo me et preferendo se reddebant vilem doctrinam et euangelium christi a me predicatum. Unde quia vos non commendastis me ne deperiret fides christi in vobis. prozupri in commendatione propriam. Sed contra supra tertio dixit Nunquid egemus commendationibus epistolis. Quare ergo voluit commendari ab istis? Respondeo dicendum est quod apud propter se non egubat commendationibus sed propter alios: videlicet dum commendaretur doctrina sua esset in maiori auctoritate et pseudo confutarent. Sed quia possent isti dicere. ideo non commendauimus te: quia non est in te aliquid commendatione dignum. Propter hoc apostolus probat eis quod bene poterant eum commendare cum dicit. Nihil enim. Ostendens esse in se multa commendatione digna. Et primo quantum ad preterita bona que fecit. Secundo quantum ad futura que facere intendit ibi. Ecce tertio hoc paratus. Ostendit autem preterita commendabilia que fecit primo in generali quantum ad omnes ecclesias. Secundo in speciali quantum ad ea que egit apud eos ibi. Tametsi nihil. Tertio excludit obiectionem ibi. Quid est enim. Dicit ergo. Dedit debui commendari a vobis. quia multa sunt in me commendatione digna. Nam nihilominus feci ab his scilicet Petro Iacobo et Iohanne qui sunt supra modum apostoli id est qui videntur a quibusdam digniores apostoli quam ego sum. Pseudo enim dicebant quod erant docti a petro et Iohanne qui fuerunt docti a christo et quod petrus et Iohannes seruabant le-

galia vnde et ipsi dicebant seruare. Sed quia nihil minus feci ab eis: nec quantum ad predicationem: nec quantum ad conuersionem fidelium: ostensiones miraculorum et persequutionem laborum: immo plus. quia supra: Plus omnibus laboraui. 1. cor. 15. Habundantius omnibus. Ideo magis sum commendandus. Vel dicunt supra modum apostoli illi scilicet petrus Iohannes et Iacobus. quia fuerunt primo conuersi ad christum. 1. cor. 15. Nouissime autem visus. Si enim hoc accipiatur nihil tamen minus fecit eis. quod in modico tempore. et postquam conuersus fuit plus laboraui. Sed esto quod nihil fecerim quantum ad ecclesias alias per quod possem commendari: multa tamen specialia egit apud vos: de quibus potuissetis me commendare. Et ideo dicit: Tametsi nihil. id est dato quod nihil fecerim in comparatione ad eos: tamen affectus mee virtutis manifeste apparent in vobis. et primo quantum ad predicationem nostram: quia conuersi estis ad fidem. Et sum apostolus vestrum. Et ideo dicit Signa apostolatus mei. id est mee predicationis facta sunt supra vos a deo in quantum credentes conuersi estis. 1. cor. 9. Signaculum apostolatus mei vos estis. 1. cor. 4. In christo Iesu per euangelium ego vos genui. Secundo per conuersionem per quam confirmatur fides. quia quando vita concordat doctrina maioris auctoritatis est doctrina. et virtus predicatoris magis apparet patientiam. puerb. 19. Doctrina viri per patientiam non scitur. Et ideo dicit In omni patientia. Tertio quantum ad operationem miraculorum. Et ideo dicit In signis. Marc. ultimo. Illi autem profecti. Et hec tria distinguuntur. quia virtus est commune ad omnia miracula. Nam virtus est vltimum de potentia. Et ideo aliquid dicit virtuosum quia ex magna virtute. Quia ergo miracula fiunt ex magna virtute scilicet diuina: ideo dicuntur virtutes. Signum vero refertur ad minus miracula. Prodigium autem ad maximum. Vel dicit signa quantum ad miracula facta de presenti. prodigia quantum ad miracula de futuris. Vel signa et prodigia dicit miracula que fiunt contra naturam: sicut illuminatio cecorum: suscitatio mortui. Virtutes vero dicit que fiunt secundum naturam sed non eo modo quo natura facit. sicut quod ad impositionem manus statim sanatur infirmus. quod etiam natura facit sed successiue. Vel virtutes dicit virtutes mentis. sicut est castitas et huiusmodi. Consequenter excludit obiectionem cum dicit. Quid est enim quod minus. Possent enim corinthii respondere apostolo ad predicta et dicere: vix est quod multa bona fecisti et magna. et tamen alij fecerunt plura et maiora quam tu. Et ideo apud eos et in eorum comparatione nolui te commendare. Et ideo hoc excludit: ostendens quod nihil minus fecit quam illi: sed plus. Et ideo dicit. Quid est enim quod minus habuistis a me praeter ceteris ecclesiis id est quod alie ecclesie christi habuerunt per illos qui tum ad spiritualia. Quasi si dicat. Nihil. quia ipsi predicauerunt fidem. et apostolus praedixit. Illi ostenderunt signa et virtutes et apostolus similiter. Et non solum non minus habuistis sed plus. quia alij apostoli vivebant de sumptibus illorum quibus predicabant. sed apostolus non. quia nihil accepit a corinthiis. Et ideo dicit. Nisi quod ego ipse non grauavi vos accipiendo vestra. Quasi dicat. Nihil habuistis minus. nisi hoc forte reputeris minus. quia nihil accepit a vobis. quod tamen plus est. Act. 20. Ad ea que mihi opus erant et his qui mecum sunt necessaria ministrauerunt. 2. thessal. 3. Nocte ac die laborantes. 1. sa. 23. Qui excunt manus suas. Quod si hoc ipsum reputatis iniuriam scilicet quod nolui vestra recipere quod feci quia non dileri vos et videtur vobis quod male fecerim parcatis mihi. Et ideo dicit ironice loquendo. Donate id est parate mihi hanc iniuriam. Hoc modo accipitur donate. Ephe. 4. Donas

Explanatio sancti Thome

tes inuicem sicut et christus vobis douauit.

Lectio quinta.

Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos et non ero grauis vobis. Non enim quero que vestra sunt sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare: sed parentes filiis. Ego autem libentissime impendā et superimpendar ego ipse pro animabus vestris. licet plus vos diligēs minus diligar. Sed esto. Ego vos non grauaui. sed cum essem astutus dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos circūueni vos. Rogauit titum et misi cum illo fratrem. Nunquid titus vos circumuenit. Nonne eodē spiritu ambulauim. Nonne eiusdem vestigijs? Olim putatis quod excusamus nos apud vos. Loquamur deo in christo loquimur. Omnia enim charissimi propter edificationem vestram.

Hic ostendit se esse cōmendabilem quantū ad bona futura: que facere intendit. Et duo facit. Primo ostendit suum propositum de futuro bono quod intendit. Secundo propositi huius rationē assignat ibi. Non enim quero que vestra sunt etc. Tertio ad rationē similitudinē adhibet ibi. Nec enim debet etc. Sciendū est circa primū: quod aliquid quando contingit quod ideo aliquid non accipiunt vno tempore: ut referret se ad aliud tempus: in quo possint et plus recipere et audacius. Ne ergo isti simile crederet de apostolo ut ideo noluisse prima vice recipere ab eis ut postmodum reciperet plus: dicit quod non solum hoc fecit olim sed etiam paratus est facere in futurum. Unde dicit. Ecce iam tertio id est tertia vice paratus sum venire ad vos. et non ero vobis grauis. Quasi dicat. nec etiā tūc grana bo vos accipiendo vestra. S. 11. In omnibus sine onere me seruauit et seruabo Job. 27. Iustificationē quam cepti tenere etc. Dicit autē. Tertio paratus sum venire. Et non dicit tertio venio: quia bene ter paratus fuit venire ad eos sed tamen non iuit nisi bis. Paratus enim fuit venire prima vice et tunc iuit et conuersi sunt. Secūda vice fuit paratus et fuit impeditus propter peccatū eorum et tunc non iuit de quo excusat se in principio huius epistole. Dodo est paratus ire tertio et iuit. vnde bis iuit et ter fuit paratus ire. Rationē autē huius boni propositi subdit dicens: Non enim quero etc. que talis est. Costat quod artifex disponit opus suum secundum finem quē intendit. predicatorum autem in predicando aliqui intendunt questum et bona temporalia. et ideo totam predicationem ad hoc ordinant et disponunt. Aliqui vero intendunt salutē animarum. Et ideo hoc modo disponunt predicationē suam secundum quod vident expediri salutē illorum quibus predicant. Quia ergo apostolus intendebat in predicatione sua salutem corinthiorum et videbat quod non expediebat quod reciperet ab eis sumptus: tum ut confutaret pseudo: tum etiam quia auari erant: ideo noluit accipere sumptus. Et ideo huius rationem assignat dicens: Ideo non grauaui vos sumptus accipiendo. quia non quero que vestra sunt in predicatione mea. sed vos et vestra salutem procurare intendo. Phil. 4. Non quero datum sed futurū. Et ideo dicit minus dixit apostolis. Faciam vos fieri piscatores hominum non pecunie. Hoc etiā figuratur Gen. 4. 7. Ubi legitur quod Iosep emittit egyptios in seruitutē regis. quod bo-

nus predicator debet ad hoc studere ut infideles conuertat ad seruitutē christi. Sed huiusmodi rationi adaptat similitudinē cui dicit: Nec enim debent etc. Et primo ponit similitudinē. Secundo adaptat eā ibi. Ego autē libentissime sine etc. Tertio arguit eorū ingratitude ibi. Licet plus vos etc. Dicit ergo. Quia autē non querā vestra. patet per similitudinem. Videmus enim quod parentes carnales debent thesaurizare filiis carnalibus. quia filij non debent thesaurizare parentibus: sed patres filiis. Cum ergo ego sim pater vester spiritualis et vos sitis filij mei. nolo quod vos thesaurizatis mihi: sed ego vobis. Sed hic est questio de patribus carnalibus. Nam ex 20. dicitur. Honora patrem tuum etc. In quo etiā precipitur nobis quod ministremus eis necessaria. Ergo filij tenent thesaurizare patribus? Respondeo dicens: quod ex precepto tenentur filij ministrare et subuenire parentibus in necessarijs: non autē congregare et thesaurizare eis. Nam thesaurizatio et congregatio fit in posterū. Sed nos videmus quod secundum naturā filij succedunt parentibus et non e converso. nisi in aliquo tristi euentu. Et ideo naturaliter amor parentū est ad hoc ut congregent filijs. Et hoc modo loquitur apostolus. Ex 20. autē etc. 20. loquitur dominus de subuentione in necessarijs. Item questio oritur de hoc quod dicit. Patres filijs etc. Ergo cum prelati sint parentes nostri spirituales. videtur quod male fecerint principes et alij dādo diuitias prelati? Respondeo dicens: quod non dederunt prelati propter se sed propter pauperes. Et ideo non dederunt eis sed pauperibus. Et hoc dominus monet. Mat. 6. Thesaurizate vobis thesauros in celis etc. Prelatis autē dantur tāquam pauperū dispensatores. Consequenter posita similitudinē adaptat. in similitudine autē duo opposuit. Vnū est quod filij non debent thesaurizare parentibus. et hoc iā patet. Et aliud est quod parentes debent thesaurizare filiis et dare. Et quantum ad hoc dicit. Quia ergo ego sum pater vester: ideo paratus sum dare vobis. Et hoc est quod videtur. Ego libentissime impendā vobis bona spiritualia per dicando: et exempla monstrando: sed etiā temporalia quod et faciebat in quantum predicabat et seruiebat eis cum sumptibus aliarū ecclesiarū. Nec tria ministrare debet quilibet prelati suis subditis. Unde dominus dixit ter petro: Pasce oues meas id est pasce verbo: pasce exemplo pasce temporalī subsidio. Et non solum ista impendā vobis. sed paratus sum mori pro salute animarū vestrarum. Unde dicit. Et superimpendar pro animabus vestris. Johan. 15. Maiorē charitatē nemo habet. etc. 1. Job. 3. Si christus animā suā pro nobis posuit et vos debetis etc. Johan. 10. Bonus pastor animā suā etc. Ingratitudinem istorū increpat consequenter dicens. Licet plus vos diligens etc. Quasi dicat. Libenter impendar pro vobis licet sitis ingrati. quia licet plus vos diligēs etc. Et hec comparatio potest exponi dupliciter. Vno modo sic. licet plus diligā vos quam pseudo. tamen minus diligo scilicet a vobis quam diligantur pseudo quos plus diligitis quam me. Et sic patet quod ego plus vos diligo quam illi. quia ego quero salutē vestram tantū. illi vero bona vestra solum. Alio modo sic. licet plus diligā scilicet vos quam alias ecclesias tamen minus diligo a vobis quam ab alijs ecclesijs. Phil. 1. Testis est mihi deus quomodo cupias etc. Et quod plus dilexerit corinthienses quam alias ecclesias patet. quia plus pro eis laborauit. Illud autem in quo plus laboramus et magis consueuimus diligere. Consequenter cum respondet. Esto ego vos etc. Remouet suspitionē. Et primo ponit suspitionē ipsam. Secundo excludit eā ibi. Nunquid per aliquem etc. Tertio rationem exclusionis assignat ibi. Olim putatis quod excusamus etc. Posset autē esse istorū suspicio talis quod ideo ipse ab eis per seipsum non acceptis

in epistolā II ad Corinthios XII

ut per alios dolose ab eis plus accipiat. Et ideo dicit hoc ponēs. Esto id est dato et cōcesso q̄ ego in persona mea et per me accipiendo non grauari vos: sed sicut vos cre- didistis cuz essem astutus dolo et c. id est per alios detra- xi vobis bona vestra plurima. Sed hoc est falsum. quia nihil ex dolo feci. 1. thessa. 2. Exhortatio nostra non de errore neq; de imundicia neq; in dolo. Nam ipse erat ve- re israelita in quo dolo non fuit. Job. 1. Hanc autem suspicionē excludit consequentē cū dicit. Nūquid per ali- quem et c. Et primo in generali. Secundo in speciali. In generali sic. Si per alios voluissim surripere vestra: mis- sissim aliquos qui hoc procurarent apud vos. Sed nun- quid per aliquē eorū quez misi ad vos circūueni vos: ex- torquendo per eos vestra. Quasi dicat. Non. s. 7. Res- minem circūuenimus et c. 1. thessa. 4. Ne quis circūue- niar in negotio fratris sui. In speciali vero excludit suspi- cionē p̄dicatā cū dicit. Rogauī titū et c. Quasi dicat. Nil- lus eorum in speciali quem misi ad vos circūuenit vos. Titū enī cum precibus misi ad vos. Et hoc est quod dicit. Rogauī titū et c. De isto habetur. s. 8. Misi etiā cum illo fratre scilicet barnabā vel lucā. s. 8. Misimus cū il- lo scilicet tito fratre scilicet alterū dicitur cuius laus ē in euangelio. Sed nūquid titus circūuenit vos? Quasi dicit. Non. s. 8. Gratias ago deo meo qui dedit eandē soli- citudinē pro vobis in corde titi et c. Et q̄ titus nō circū- uenit eos: probat p̄ conformitatē titi ad apostolum. Et ponit duplicē conformitatē scilicet cordis. Et ideo dicit. Nonne eodē spiritu ambulauim? id est eandē volunta- tem habemus. Et eodē spiritu instigamur ad bene et re- cre agendū. s. 4. Habentes autē eundē spiritū et c. Itē conformitatē operis. Et ideo dicit. Nonne eisdē vestigijs id est operibus intendimus scilicet vestigijs xp̄i. Nam ego sequor vestigia xp̄i Job. 23. Vestigia eius scilicet xp̄i se- cutus est pes et c. 1. De. 2. Christus passus est et c. Et se- quamini vestigia eius. Et tū sequitur vestigia mea. 1. cor. 11. Imitatores mei estote et c. Et sic patet q̄ si cōfor- mis est mihi in voluntate et opere et ego nō circūueni vos nec intendo circūuenire. q̄ autē nec ipse circūuenit vos p̄z p̄ illū. Mat. 7. A fructib; eorū cognosce et c. Ba- tionē autē exclusionis subdit dicens. Olim putari et c. Et primo ponit eorū opinionē. Secundo excludit eā. Opinio autē istorū erat q̄ apostolus quasi reus et culpabilis omnia verba ista epistole diceret ad excusationē suā et q̄ non essent vera sed ad excusandū tantū inuenta. et ideo po- nens hanc opinionē istorū dicit. Vos putatis olim id ē a principio huius epistole q̄ excusemus nos ap̄d vos id est q̄ hec verba non sint vera sed sint ad excusandū cōfi- cta. Hanc autem excludit sic. Qui enī sic excusat se duo habet. Unum est q̄ nō vitur verbis veris sed confictis. Aliud est quia non vult pati detrimentū fame sue et glorie. Unde specialiter propter dispēdiū fame aliqui excusant se. Sed neutri istorū est in nobis. Non ergo vera ē opi- nio vestra. q̄ autē neutri istorū sit in nobis patet. Nō enim dicimus verba falsa quod probō. Primo per testi- monium dei. quia corā deo loquimur. Quasi dicat. Te- ste deo hoc in veritate dico Job. 16. Ecce i celo testi me? et c. Secūdo per testimonium xp̄i. quia in xp̄o loquimur id est per christū in quo nulla est falsitas. s. Secūdo ex sim- ceritate sicut ex deo in christo loquimur. Item non q̄ri- mus gloriā nostrāz nec timemus infamiā. quia omnia q̄ dixi et de reuelationibus et de tribulationib; facio seu dī- co p̄pter vestram edificationem. ut scilicet permaneatis in virtute et expellatis pseudo. Romano. 14. Que edifi- cationis sunt inuicē et c. 1. cor. 14. Omnia ad edificatio- nem sicut Joban. 12. Non propter me hec vox venit sed propter vos et c.

Lectio sexta.

Timeo enim ne forte cuz venero: nō quales volo inueniā vos. et ego in- ueniā a vobis qualem non vultis. ne forte contentiones. emulationes. animo- sitates. dissensiones. detractiones. susurra- tiones. inflatiōes. seditiones sint inter vos. Ne iterū cū venero humiliet me deus ap̄d vos et luceam multos ex his qui ante pec- cauerunt et non egerunt penitentiam sup- imundicia et fornicatiōe et impudicitia quā gesserunt.

Posita vna causa cōmendationis que puenit ex omisso- ne corinthiorū quantum ad ea q̄ facere debuissent: in qua detestatur eorum ingratitudinē: hic consequenter ponit aliam causam que p̄uenit ex eorū cōmissione quantum ad mala que debuissent vitare. In qua exaggerat eorūz maliciam: Et circa hoc duo facit. Primo ponit eorū cul- pam in generali. Secundo explanat eam in speciali ibi. Ne forte et c. Dicit ergo. Nō solū laudauī me prop̄ hoc q̄ vos omisistis me laudare: sed etiā propter periculū vestrum: quod est in hoc q̄ vos adheretis pseudo. q̄ dū fouent vos in peccatis exponunt vos in magno periculo et ideo dicit. Timeo scilicet ne forte cū venero ad vos p̄- sonaliter non inueniā vos quales vos volo scilicet iustos sed peccatores et incorrectos et displiceatis mihi et ego vo- bis. quia iusto non placent peccatores in q̄tum peccato- res. Et inueniar talis a vobis contristatus et puniens q̄- lem me non vultis habere. Mali enī odiunt correctiōez et veritatē. ergo inimicus factus sum vobis v̄z dicens vobis et c. Sic patet eorū malicia in generali scilicet q̄ timebat ne nondū plene penituerint. In speciali etiā ma- nifestat eorū maliciam cū dicit. Ne forte contentiones et c. Et circa hoc duo facit. Primo enī enumerat eorūz mala p̄sentia. Secundo cōmemorat p̄terita mala de quibus nondū penituerūt ibi. Ne itē cū venero et c. Sciendum est autē circa primū q̄ corinthienses post conuersionem inciderunt in peccatū carnale p̄pter illū qui vxorē patr̄s habuit. et de hoc in hac parte correcti sunt per primā ep̄- stolam non tamē plene. Sed adhuc aliquid in eis remā- sit et supra hoc remanserunt in eis multa peccata sp̄ualia que proprie opponuntur charitati. Charitas vero duo facit. Primo enī facit corda hominū ad inuicē consenti- entia. Secundo inducit homines ad mutuū profectum. Et ideo peccata sp̄ualia e contrario primo faciūt ho- mines ad inuicē dissentientes. Secundo faciūt eos inui- cem offendentes. Et ideo primo enumerat peccata sp̄i- tualia que pertinet ad dissensionē. Secundo ea que fa- ciunt ad offensionē ibi. Detractiones et c. In dissensionibus autē procedit ordine retrogrado. Nam fm rectū or- dinē homines primo dissentiunt in q̄tū vnus vult vnū: alius vult contrariū. Secundo ex hoc procedunt ad in- ferendum nocumenta. In q̄tū quilibet vellet obtinere in proposito suo. Tertio quando nō potest obtinere in p̄-posito suo sed succūbit accenditur zelo inuidie. Quarto ex hoc prorūpit ad contentiones verborū et ab isto vltimo incipit apostolus dicens: Ne forte contentiōes et c. Quasi dicat. Non solū timeo mala vestra in generali sed etiā in speciali. ne forte sint in vobis contentiōes de meritis p̄latorū et de baptijs et c. prouerb. 20. Honor est homi- ni qui separat se a contentiōibus et c. Am brosi. Con- tentio est ipugnatō veritatis cuz confidentia clamoris.

Explanatio sancti Thome

Et hec contentio venit ab emulatione. Et ideo dicit: Et emulationes id est inuidie in his qui minores sunt et minus habent. **Jacob. 3.** Ubi zelus et contentio ibi inconstantia etc. **Job. 5.** Parvulum occidit inuidia etc. **Sap. 2.** Inuidia dyaboli etc. Et emulatio venit ab animositate. Unde dicit. **Animositates in vltione et illatione nocumēti. Eccl. 8.** Cum audace ne eas etc. Et animositas venit ex dissensionibus. Et ideo dicit. **Dissensiones: odia et contrarietas animorum. Romāoz vlti.** Obseruetis eos qui dissensiones et offendicula etc. **1. cor. 1.** Ipsium dicatis omnes. et non sint in vobis scismata. **Consequenter enim merat eorum mala presentia quantum ad offensionem. Et quia ista specialiter sunt mala in nocumentis verborum et non factorum. Ideo dimissis nocumētis factorum enumerat nocumenta verborum: in quibus etiam procedit ordine retrogrado. incipiens a posteriore et hoc est cuius expresse malum dicit de aliquo. Et si quidem in manifesto sic est detractor. Et ideo dicit detractiones. Romāoz 1.** Detractores deo odibiles etc. Si vero in occulto tunc est usurarius. Et ideo dicit usurarios: qui latenter seminant discordias. **Eccl. 28.** Susurro et bilinguis maledictus erit. Et hec duo procedunt ex superbia: que animum inflatum contra aliquos proferre facit in mala verba. Et ideo dicit: **Inflationes. 1. cor. 4.** Tamquam non sim venturus ad vos sic inflati etc. Et hec inflationes veniunt ex seditionibus que sunt preparationes partium ad pugnam. quia inter superbos semperurgia sunt. **proverb. 13.** Et ideo dicit. **Seditiones id est tumultus ad pugnam. proverb. 17.** Semperurgia querit malus. Sic ergo patet eorum malicia quod tunc ad mala presentia que multa sunt: et in dissensionibus et in nocumentis. Manifestat autem eorum malicia quod tunc ad mala preterita de quibus non penituerunt cum dicit. **Timone iterum cum venero humiliet me deus id est affligat apud vos. ita quod et luceam multos vestrum ex his qui ante peccauerunt: ante primam epistolam et non egerunt penitentiam plene post primam epistolam. Et merito luceam. quia sicut gloria patris est gloria filiorum. ita confusio patris est confusio filiorum. Sic samuel lucebat saul. 1. reg. 15. Ut quoque lugens saul etc. Et hoc quia non penituerunt nec egerunt penitentiam de peccatis carnalibus predictis quorum quedam sunt contra naturam. Et ideo dicit: **De imunditia id est luxuria contra naturam. Quedam sunt que committuntur cum mulieribus corruptis scilicet viduis seu coniugatis. Et ideo dicit. Et in fornicatione. Quedam sunt que sunt in corruptione virginum. Et ideo dicit. Et impudicitia quae gesserunt assidue Gal. 5.** Manifesta sunt opera carnis: que sunt fornicatio: imunditia: impudicitia etc.**

Capitulum tredecimum.

Ecce tertio hoc venio ad vos. ut in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. **Predixi enim et prescicio: ut presens vobis: et nunc absens his qui ante peccauerunt et ceteris omnibus. quoniam si venero iterum non parca** **An experimentum queritis eius qui in me loquitur christus. Qui in vobis non infirmatur sed potens est in vobis. Nam et si crucifixus est ex infirmitate. sed vivit ex virtute dei. Nam et nos infirmi sumus in illo: sed vivemus in eo ex virtute dei in vobis.** In precedentibus apostolus multa locutus est ad detractionem pseudo: ibi consequenter loquitur contra illos

qui a pseudo sunt seducti. Et circa hoc duo facit. **Primo increpat seductos. Secundo consolatur persistentes. ibi Decetro fratres gaudete etc. Circa primum primo cominatur sententia severitate. Secundo ostendit suam iudicariam potestatem ibi. An experimentum queritis etc. Tertio monet ad correctionem ibi. Vosmetipsos reprobate etc. Circa primum primo promittit suam presentiam. Secundo predeminat sui iudicij formam ibi. In ore duorum etc. Tertio cominatur severam sententiam ibi. Predixi enim et prescicio etc. Promittit ergo primo suum adventum dicens: **Ecce ego venio. quasi dicat. Certum sit vobis quod venio ad vos. et ideo caveate vobis ne inveniam vos imparatos et dicit Tertio non quod tertio iuratis sed quia tertio iam parauerat ire sic et non iuravit nisi semel: in secundo apparatu impeditus. 1. cor. 4. Veniam ad vos cito etc. Veniam inquit et iudicabo malos secundum ordinem. tamen ita scilicet quod in ore duorum vel trium testium accusantium seu testantium contra aliquem sit omne verbum accusatorum. quod quidem dicit **Deut. 17.** Memo occidetur vno teste dicente testimonium et eiusdem. **19.** Non stabit testis vnus contra aliquem. **Uel aliter In ore duorum etc. Quasi dicat. Hoc quod dico de adventu meo ad vos ita est certum sicut testimonium duorum vel trium Sic ergo ordo iudicij erit. Sed severitate sententia cominatur dicens: **Predixi enim et prescicio. Ubi primo insinuat ordinem iudicarij quo est procedendum. in quo exigitur prescedat trina ammonitio: et quantum ad hoc dicit. predixi vobis ut presens: bis quando scilicet eram vobiscum et nunc absens predicat. ut sic ter ammoneat. predicat inquit bis qui ante peccauerunt et omnibus alijs. Quasi dicat. omnes moneo. Secundo premissa monitione cominatur sententiam. Unde dicit. Quoniam si venero non parca iterum. Quasi dicat. Illis qui peccauerunt pepercit prima vice. sed si iterum peccauerint. vel si non egerint penitentiam non parcam eis iterum. Et hoc iuste fit. quia ille cui semel remittitur et iterum peccat. si remitteretur sibi cresceret in malicia et efficeretur insolens. Et ideo dicit sapiens per verbos. **13.** Qui peccat virge odit filium suum etc. Ex hoc ergo ordinatum est in ecclesia ut precedat trina monitio antequam quis sententia excommunicationis fulminetur. quia cominatio quod aliqui licet sint in peccatis et offendunt: tamen ex solo verbo ammonitionis corriguntur et satisfaciunt. Et etiam a leuioribus semper incipiendum est. quod si ammonitione non valetur ne magis insolens et offendentia est severitas sententia **Eccl. 8.** Ex eo quod non profert cito sententia etc. **Consequenter ne possint calumniari de potestate apostoli ostendit apostolus suam iudicariam potestatem dicens. An experimentum queritis. Ubi tria facit. Primo ostendit se habere legationem et potestatem iudicandi a christo. Secundo ostendit virtutem christi ibi. Qui in vobis non infirmatur etc. Tertio ostendit quod virtus christi etiam ad alios derivatur ibi. Nam et nos infirmi sumus in illo. Dicit ergo si venero non parca imo severissime iudicabo. et hoc bene possit. quia habeo auctoritatem christi in puniendo et remittendo. **s. 2.** Nam si quid donavi vobis etc. **s. 5. proverb. 10.** Legatione fungimur etc. Et ideo dicit **An experimentum queritis. Quasi dicat. Non est dubitandum de potestate mea. quia quicquid ego loquor vel profert de sententia vel remittendo vel predicando: loquor a christo. **Exod. 4.** Perge ergo ego ero in ore tuo. **Luce. 21.** Ego dabo vobis os et sapientiam etc. Que ergo homo facit ex instinctu spiritus sancti dicitur quod spiritus sanctus facit. ideo apostolus quia a christo mori hoc loquebatur: attribuit christo rationem principali dicens. Qui in me loquitur christus etc. Sed ne dubitetur de potestate et virtute christi. ideo consequenter apostolus ostendit virtutem christi cuius dicit. Qui in vobis etc. Ubi primo ostendit virtutem christi quantum ad ea quod************

in epistolā II ad Corinthios XIII

in eis apparuerunt. Secundo quantum ad ea que in christo sunt ibi. Nam et sic dicitur. Dicit ergo habeo potestatem in dicituriam a christo qui in me loquitur qui magne virtutis est in vobis dando dona gratiarum: distributionem spiritus et alia multa que experti estis et non solum non infirmatur sed potens est in vobis. quia potenter vos liberavit a peccato: potenter vos convertit ad bonum. ps. Dominus fortis etc. Sapient. 12. Subest tibi cum volueris posse. Et paulo ante Virtute enim ostendit tu etc. Et non solum potentia christi apparuit in vobis sed etiam in seipso scilicet inquantum a morte crucis quam sustinuit ex infirmitate humana quam assumpsit infirmam in paupertate surrexit et vivit ex virtute dei que est et ipse deus. Talis enim erat illa susceptio que deum hominem faceret et hominem deum. 1. corinth. 1. Quod infirmus est dei fortius est hominibus etc. Vel ex virtute dei scilicet patris qui est etiam virtus christi. quia eadem est virtus patris et filii. Apocalyp. 1. Qui mortuus est. Hec etiam virtus christi derivatur ad nos. Nam et nos infirmi etc. quasi dicat Ad nos etiam pertinet illa virtus. quia et nos infirmi sumus in illo id est ad intentionem illius inquantum propter ipsum multa patimur et mortificamus nosmetipsos et humiliamus nos. 1. corinth. 4. Nos infirmi propter christum etc. supra. 10. Presentia corporis infirma. 5. 4. Semper mortificationem etc. et ideo vivemus id est vivificabimur ex virtute dei in vobis iudicandis. Gal. 1. Qui suscitavit Iesum christum etc. et est sensus. Nos ex virtute qua christus vivit resuscitatur et illa virtute habemus etiam potestatem iudicandi in vobis. Vel vivemus simili beatitudine cum eo et hoc ex virtute dei: que quidem virtus dei est in vobis id est in conscientijs vestris.

Lectio secunda.

Vosmetipsos temptate si estis in fide ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos. quia christus iesus in vobis est. Nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscitis. quia nos non sumus reprobi. Oramus autem deum ut nihil mali faciatis. non ut nos probati parcamus: sed ut vos quod bonum est faciatis. Nos autem ut reprobi simus. non possumus enim aliquid adversus veritatem: sed pro veritate gaudeamus enim quoniam nos infirmi sumus. Vos autem potentes estis hoc et oramur vestram confirmationem. Ideo enim hec absens scribo. ut non presens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in edificationem et non in destructionem.

Post comminationes severi dei iudicij: subdit apostolus ammonitionem ad preparationem ut iudicij severum non patiantur. Et primo ponit ipsam ammonitionem. Secundo rationem ammonitionis assignat ibi. Ideo hec absens scribo etc. Circa primum duo facit. Primo ponit ammonitionem. Secundo excludit falsam suspensionem ibi. Oramus autem ad deum etc. Circa primum duo facit. Primo monet ut se examinent. Secundo innuit quid per huiusmodi examinationem invenire possint ibi. Aut non cognoscitis etc. Circa primum sciendum est quod ille qui secure vult comparere in iudicio: debet se primo examinare de factis suis et sic poterit scire veritatem compareat. Et ideo apostolus monet: ut antequam veniant ad iudicium quod

erit in adventu suo ad eos: examinet se dicens: Vosmetipsos examinate et considerate actus vestros. 1. thessal. 5. Omnia probate: quod bonum est tenete etc. Monet autem ut de duobus se examinent scilicet de fide. An dicitur. Si estis in fide quam predicavi vobis et a me accepistis de domino iesu christo an excideritis ab ea et sit prolapsi in aliam. Et hoc necessarium est. quia. 1. corinth. 11. dicitur. Si nosmetipsos iudicarem etc. Iere. 2. Vide vias tuas etc. Item de operibus. Unde dicit. Ipsi vos probate scilicet an sitis in operibus bonis. et verum conscientia remordeat vos: aliquid mali fecisse. Et hoc utile est. quia. 1. cor. 11. dicitur. Probet autem seipsum homo etc. Gal. 6. Opus suum probet unusquisque. Consequenter cum dicit An non cognoscitis etc. Ostendit quid per huiusmodi examinationem invenire poterunt. Et primo quid inveniatur in se ipsis. Secundo quid inveniatur in apostolo ibi. Spero autem etc. In seipsis autem duo invenire poterunt per examinationem. quia aut scient se tenere fidem et sic invenire poterunt et cognoscere quod christus sit in eis. et hoc est quod dicitur. An non cognoscitis vosmetipsos: quia christus in vobis est. 1. nunquid si examinaretis vos sciretis vos habere fidem et cognosceretis quod christus est in vobis. Quasi dicitur. Sic. quia ubi est fides christi ibi est christus. Eph. 3. Habitare christum per fidem. 1. corinth. 6. Refertis quia corpora vestra templum etc. Aut scient se non tenere fidem et sic inveniatur quod sint reprobi. Et ideo dicit. Nisi forte reprobi estis id est vere inveniatis vos habere christum nisi forte dimiseritis fidem et reprobi sitis ab eo quod prius habuistis per fidem Iere. 15. Reliquisti meretriciosum abisti. Iere. 6. Malicie eorum non sunt consumpte argentus reprobum etc. Sed hic questio est litteralis de hoc quod dicit An non cognoscitis etc. Nam christus in eis solum manet qui habent charitatem. ut dicit. 1. Iohan. 4. Deus charitas est etc. Si ergo cognoscimus quod christus per fidem sit in nobis. oportet quod hoc sit per fidem formatam. Cognoscetes ergo hoc modo christum esse in nobis scimus nos habere charitatem qua informatur fides. quod quod est contra id Ecclesiast. 9. Nemo scit utrum odio etc. Respondeo dicendum est quod habitare christum in nobis potest accipi dupliciter. Vel quantum ad intellectum. Vel quantum ad affectum. Si quantum ad intellectum sic ipse habitat in nobis per fidem informatam. Et hoc modo nihil prohibet nos per certitudinem scire quod christus habitat in nobis: cum scimus nos tenere fidem: quam ecclesia catholica docet et tenet. Si vero quantum ad affectum sic habitat christus in nobis per fidem formatam et hoc modo nullus potest scire quod christus habitat in nobis vel quod habeamus charitatem nisi per revelationem et specialem gratiam alicui concedatur per certitudinem: per quamdam rationem coniecturam nihil prohibet nos scire posse quod in charitate sumus: quando scilicet quis invenit se taliter paratum et dispositum ut nullo modo propter aliquod temporale vellet aliquid facere contra christum. 1. Iohan. 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos etc. Patet ergo quod apostolus loquitur quantum ad primum modum. Vel etiam loquitur de cognitione que est per coniecturam quandam ut dictum est. Argumentum autem procedit quantum ad secundum modum et de cognitione que est per certitudinem. Quid autem in apostolo possint invenire subdit dicens. Spero autem etc. Nam quia isti corinthij possent dicere. Nos non sumus reprobi: sed ideo non tenemus documenta tua quia non sunt recta sed reprobata. et ideo dicit. Quicquid sit de vobis tamen spero quod ex veritate doctrina nostra quam ostendi vobis cognoscetis quod non sumus reprobi et non docuimus mala nec exclusi sumus a potestate quam vicimus nos habere. Ecclesiast. 19. Et vi-

Explanatio sancti Thome

Et cognoscitur vir Matt. 7. **A** fructibus eorum etc. **¶** **C**o sequenter cum dicit **O**ramus autem etc. Excludit suspensionem. Cominatus enim fuerat eis iudicium seuerum cum ostenderat potestatem suam in iudicando et indicat examinationem: credens christum in eis esse nisi ipsi essent reprobi. Sed tamen hoc dimittit sub dubio vtrius sit christus in eis. Et quia isti possent credere et suspicari quod apostolus gauderet de hoc quod essent reprobi: ut ipse in comparatione ad eos maior appareat: et ut in eis posset exercere seuerius iudicium. Ideo apostolus hanc suspensionem remouet hic. **P**rimo per orationem quod per eis ad deum dirigit. **S**ecundo per gaudium quod de eis concepit ibi. **G**audemus enim etc. **O**rat autem ut ipsi inueniantur innocentes. quia examinantur ex seueritate iudicij. **E**t ideo dicit. **O**ramus autem scilicet deum ut vos nihil mali faciatis. **Q**uasi dicat. non credatis quod velimus quod sitis reprobi. sed oramus ut nihil etc. **I**tem orat quod ipse appareat infirmus per quod excluditur appetitus excellentie apostoli in comparatione ad eos. **E**t ideo dicit. **N**on scilicet oramus ut probati parcamus id est non ut nos commendemur probati in comparatione ad vos sed magis ut vos quod bonum est faciatis. **S**alathas. 6. **B**onum autem facietes etc. **P**s. **V**iriliter agite et confortetur cor vestrum. **N**os autem ut reprobi simus amittendo potestatem puniendi et iudicandi. quia ubi non est culpa omnes sumus pares et vnus non habet potestatem iudicandi super alios. **M**agis ergo vult apostolus ut sint boni quam ut subiacent potestati iudicij sui. **E**t quod careat potestate iudicandi si boni sint: ostendit cum dicit **N**on enim possumus etc. **Q**uasi dicat. **N**os non laudamus nisi pro veritate et pro ipsa stamus. **C**onstat autem quod si puniremus innocentes faceremus contra veritatem et contra iusticiam. **U**nde cum apostolus non possit facere contra veritatem sed pro veritate id est pro iusticia. manifestum est quod non puniet innocentes. **M**orans dum est secundum augustinum in glosa quod ad vitandum peccata: necessaria sunt duo scilicet liberum arbitrium et gratia dei. **S**i enim liberum arbitrium non esset necessarium nunquam darentur homini precepta nec prohibitiones nec exhortationes. **F**rustra etiam darentur pene. **G**ratia etiam est necessaria. quia nisi deus omnes regeret per gratiam suam non posset homo stare. **F**rustra etiam orarem quod non inducat nos in temptationem. **E**t ideo apostolus ostendens vtriusque esse necessarium: orat deum pro gratia obtinenda: et monet ut per liberum arbitrium recedant a malo et faciant bonum. **U**nde dicit. **O**ramus quantum ad primum: **E**t nihil mali faciatis quantum ad secundum. **¶** **C**onsequenter cum dicit **G**audemus etc. **R**emouet falsam suspensionem propter gaudium de bono ipsorum conceptum. **E**t primo ponit gaudium quod de ipsorum innocentia concepit. **S**ecundo orationem quam pro ipsorum perfectione emittit ibi. **H**oc autem oramus vestram etc. **D**icit ergo **O**ramus quod vos probati pareatis sed nos infirmi et hoc apparet ex affectu nostro. quia gaudemus quod scilicet aliqui sint inter vos boni et innocentes ex quo subtrahitur nobis potestas iudicandi et videmur infirmi. **E**t hoc est quod dicit **G**audemus quoniam nos infirmi sumus id est non exercentes potestatem nostram. **N**os autem potentes id est sic bene agentes et vitia vincentes quod subtrahitis vos a potestate nostra iudicandi. **C**um enim aliquis male agit subdit se potestati iudicis. sed bene faciendo repellit illam a se. **R**omanorum. 13. **V**is non time re potestatem. **B**enefac. etc. 1. **C**orinthios 7. 4. **N**os infirmi vos fortes. **D**e isto gaudio dicitur **P**hilip. 2. **S**au deo et congratulor vobis etc. **E**t non solum de his gaudemus: sed etiam super hoc oramus vestram consumationem id est perfectionem. **I**n rebus enim naturalibus vi

demus quod quilibet res naturalis naturaliter tendit ad suam perfectionem: ad quam habet naturale desiderium. **E**t ideo cuiuslibet rei naturae virtus naturalis ut ad suam perfectionem naturalem possit peruenire. gratia autem datur homini a deo per quam homo perueniat ad suam virtutem et perfectam consummationem id est beatitudinem ad quam habet naturale desiderium. **U**nde quando alius quis non tendit ad suam perfectionem: signum est quod non habeat beatitudinem de gratia dei. **E**t ideo apostolus ut isti possint in gratia crescere orat ut perficiantur. et **P**hilip. 1. **O**ro ut charitas vestra etc. **E**p. 6. **E**t possitis resistere in die malo etc. **¶** **C**onsequenter posita ammonitio eorum ammonitio assignat dicens: **I**deo hoc absens scribo etc. **I**deo absens scribo vobis hoc monedo vos ne sepe cogat aliquid facere contra voluntatem meam que est ut nihil dure agat contra vos nisi quatenus per vos compellat. **E**t ideo dicit. **E**t non presens vobis: durius agam contra vos quam velim vel quam velitis. **E**p. 11. **H**os quidem tanquam pater monens probatus sit etc. **S**. 10. **A**bsens confido in vobis. **R**ogo autem vos ne presens audeam etc. **S**ed quia corinthii possent dicere nunquid etiam si bene fecerimus: non poteris contra nos o apostole dure agere. **I**deo responderet dicens. **N**on. quia non propono nec possum agere: nisi secundum quod recepti a deo potestatem. **D**eus autem dedit mihi hanc potestatem scilicet ligandi atque soluendi in edificationem non in destructionem id est ut vos edificemini et non ut destruatimini. **E**t si dure vos corripserim non edificarem sed destruerem. **S**. 10. **D**e potestate nostra quam dedit nobis deo minus ad edificationem etc. **H**anc autem potestatem dedit dominus paulo **A**ctu. 9. r. 13. **S**egregate mihi bar nabam et paulum ad opus etc.

Lectio tertia:

Decetero fratres gaudete perfecti estote: exhortami: id est sapite: **P**ace habete: et de pace et dilectione erit vobis cura. **S**alutate inuicem in osculo sancto. **S**alutate vos omnes sancti. **G**ratia domini nostri iesu christi et charitas dei et comunicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. **A**men. **I**n precedentibus apostolus increpauit seductos a presbitero: hic vero consolatur persistentes in fide et doctrina sua. **E**t primo ponit monitionem. **S**ecundo subdit salutationem ibi. **S**alutate in osculo. etc. **C**irca primum ponit monitionem. **S**ecundo premium inplete monitionis ibi. **E**t deus pacis etc. **M**onet autem ad tria. **P**rimo qualiter se habeant in seipsis. **S**ecundo qualiter se habeant ad proximos. **T**ertio qualiter debent esse omnes ad inuicem. **I**n seipsis autem debent bona duo habere. **P**rimo gaudium de bono habito et quantum ad hoc videtur. **D**ecetero fratres qui constantes fuistis gaudete in his que ad seruitium dei facitis. **E**t hoc est necessarium ad hoc quod sitis iusti et virtuosus. quia nullus est virtuosus seu iustus qui non gaudet iusta et virtuosa operatione. **E**t ideo dicitur in psalmis. **J**ubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. **P**hilipenses. 4. **G**audete in domino semper. iterum dico gaudete etc. **E**t vere semper est gaudendum. quia gaudium conseruat hominem in bono habitu. quia nullus potest esse diu in eo quod tristat. **S**ecundo debent habere boni in seipsis emulationem perfectionis. et quantum ad hoc dicit. **P**erfecti estote. id est semper tendatis ad profectum. **H**ebreorum sexto. **Q**uia propter intermittentes inchoationis christi sermonem et

in epistolam II ad Corinthios XIII

ad perfectionem scz. Non est autem hoc quod hic dicitur preceptum scz qd homo sit perfectus: sed hoc qd semper tendat ad perfectionem: et hoc est necessarium: quia qui non studet ad proficiendum est in periculo deficiendi. **U**dem enim qd nisi remiges conentur ascendere: nauis semper descendit. **E**t ideo dicebat dominus. **M**arci. 6. **E**stote per secuti. **P**roximis autem est impendenda exhortatio ad bona. **E**t quantum ad hoc dicit. **E**xhortamini. **E**ccl. 17. **U**nicuique mandauit de primo. **R**o. 12. **Q**ui exhortatur in exhortando. **A**po. vlt. **Q**ui audit dicat ueni. **C**ommunia autem omnibus debent esse duo scilicet ut idem sapiant. **E**t ideo dicit. **I**dem sapite: et ut pacem habeant. **E**t ideo dicit. **P**acem habete. **E**t hec duo ita se habent qd vnum est exterior: aliud interius. **C**onstat enim qd corpora non possunt seruari et ordinari nisi membra ordinentur ad inuicem. **S**imiliter nec ecclesia nec ecclesie membra nisi ordinentur et vniantur ad inuicem. **E**t autem duplex vno necessaria ad membra ecclesie vnicienda. **U**na est interior ut scilicet idem sapiant per fidem quantum ad intellectum idem credendo: et per amorem quantum ad affectum idem diligendo. **E**t ideo dicit. **I**dem sapite. **I**dem sentiat: idem diligatis affectu charitatis: quia tunc est vera sapientia quado operatio intellectus perficitur et consumatur per quietationem et delectationem affectus. **U**nde sapientia dicitur quasi sapida scientia. **R**oma. 15. **E**t sic vnanimis vno ore honorificetis deum. **P**ri. **C**o. pmo. **I**psium dicitis. **P**hil. 2. **I**dem sapitis. **A**lia est exterior: scilicet pax. **E**t ideo dicit. **P**acem habete inter vos. **H**eb. 12. **P**acem sequimini. **I**nquire pacem. **2. T**he. 3. **I**pe deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. **C**onsequenter vno dicit. **E**t deus pacis et dilectionis erit vobiscum: ponit premium quod redditur in plenitudine monitionem predictam. **Q**uasi dicat. **S**i seruabitis pacem inter vos: deus pacis et dilectionis erit vobiscum. **C**irca quod notandum est qd apud gentiles consuetum erat qd aliqui ex donis denominabant deos quia licet esset vnus deus tantum tamē singula dona sua denominabant deos ex illis donis sicut ex dono pacis denominabant deum pacis. **E**t ex dono salutis deum salutis. **H**uius vocabulo alludens apostolus dicit. **D**eus pacis. **R**o. 15. **N**on est deus pacis vnus deus: sicut illi dicebant. **S**ed ideo ipse dicitur deus pacis quia est dator pacis et amator. **J**ob. 14. **P**acem meam do vobis. **P**ri. **C**o. 14. **N**on est deus diuisionis sed pacis. **R**oma. 5. **C**haritas dei diffusa est in cordibus nostris. **I**pe etiam est auctor pacis. **J**ob. 16. **I**n me pacem habebitis. **I**pe in pace habitat. **P**s. **I**n pace factus est locus eius. **I**tem non solum est deus pacis sed etiam dilectionis. **E**t ideo dicit. **D**eus pacis et dilectionis erit vobiscum. **E**t hoc ideo est quia qui est in vera pace cordis et corporis est in charitate et qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. **V**t dicitur pmo **J**o. 4. **E**t quia homo non meretur nisi per pacem et dilectionem. **J**ob. 14. **S**i quis diligit me. **C**onsequenter cum dicit. **S**alutate inuicem in osculo. **P**onit salutationem et circa hoc primo indicit eis mutua salutationem. **S**ecundo salutat eos ex parte aliorum. **I**bi. **S**alutate vos. **T**erno salutat eos ex parte sua. **G**ratia dei. **M**utuam salutationem indicit faciendam per osculum. **U**nde dicit. **S**alutate inuicem vobis in osculo sancto. **U**bi notandum est qd osculum est signum pacis. **N**am per os in quo datur osculum homo respirat. **E**t ideo quando homines dant sibi mutua oscula signum est qd vniant spiritus suum ad pacem. **E**st autem pax simulata et hec est eorum qui loquuntur pacem cum proximo suo mala autem. **R**o. 12. **V**t dicitur in ps. **Q**ue quidem fit per osculi fraudulentia. **P**rouerb.

27. **M**eliora sunt verba diligentis. **E**t est et pax mala et turpis quando scz conueniunt ad malum faciendum. **S**ap. 14. **I**n magni uiuentes in scientie bello. **E**t hec fit per osculum libidinosum. **P**rouerb. 7. **D**icitur de mala muliere qd apprehensum de osculatur iuuenem. **R**o. 12. **E**t est et pax sancta qua facit deus. **P**hil. vltimo. **E**t pax dei qd exuperat. **E**t hec fit per osculum sanctum quia vnit spiritum ad sanctitatem. **E**t de hoc osculo dicitur hic. **I**n osculo sancto. **E**t ex hoc inoleuit consuetudo qd fideles et sancti vtri in signum charitatis et vnionis se osculantur. **E**t datur pax in ecclesiis in osculo sancto. **E**x parte autem aliorum salutat eos dicens. **S**alutate vos sancti omnes quia omnes sancti et fideles sperant et desiderant ac orationibus procurant salutem nostram. **U**nde omnes fideles christi ad inuicem sperant et desiderant sibi salutem. **P**s. **P**articipem me fac deus. **E**t ex parte autem sua salutat eos apostolus dicens. **G**ratia domini nostri. **U**bi sciendum est qd duplex est modus appropriandi aliquid diuinis personis. **U**nus est essentialiter: alius casualiter. **E**ssentialiter autem appropriatur diuinis personis sicut patri potentia. quia ipse est potentia essentialiter in quantum est principium. **F**ilio sapientia in quantum est verbum. **S**piritui sancto amor in quantum est bonitas. **H**ic vero apostolus non appropriat ista hoc modo scilicet per essentialiter: quia sic omnia appropriarentur spiritui sancto: sed appropriat per causas. **E**t ideo cum gratia sit donum quo dimittuntur nobis peccata. **R**oma. 3. **I**ustificati gratis. **E**t remissio peccatorum sit nobis facta per filium qui carnem nostram accipiens pro peccatis nostris satisfecit. **J**ob. pmo. **G**ratia et veritas. **P**ropter hoc apostolus attribuit gratiam christo. **U**nde dicit. **G**ratia domini nostri. **C**haritas autem est nobis necessaria quia oportet nos vniri deo. **P**ri. **J**ob. 4. **Q**ui manet in charitate in deo manet. **E**t quia hoc est a deo patre in quantum ipse sic dilexit mundum ut filium suum vnigenitum daret. **V**t dicitur **J**ob. 3. **R**oma. 5. **C**ommendat autem deus suam charitatem. **I**deo sibi ut principio istius charitatis attribuit charitatem cum dicit. **E**t charitas dei scilicet patris. **C**ommunicatio vero diuinorum fit per spiritum sanctum quia est distributor donorum: spiritualium pmo **C**o. 12. **H**ec omnia operatur vnus et eisdem spiritus. **E**t ideo spiritui sancto attribuit communicationem cum dicit. **E**t communicatio spiritus sancti. **U**el attribuit sibi hoc. quia ipse est communis alijs duabus personis. **S**ic ergo apostolus in salutatione sua operat omnia necessaria cum dicit. **G**ratia domini nostri iesu christi et charitas dei et communicatio spiritus sancti sit semper cum omnibus vobis. **A**men. **G**ratia christi qua iustificamur et saluamur charitas dei patris qua sibi vnimur: et communicatio spiritus sancti diuina nobis dona distributorum. **A**men.

¶ **E**xPLICIT aurea expositio super secunda epistola ad corinthios angelici doctoris sancti **T**home de aquino ordinis predicatorum.